

BIA5

V I



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGELL.  
CRACOVENSIS

*Matkomp.*

910476

Mag. St. Dr.

I



910476 I

Mag. St. Dr.

10704

BIBLIOTHECA  
MUSEI HISTORICO-NATURALIS  
CRAKOVENSIS

910476

I

# SERIES

**M**onumentorum Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, cum Descriptione ejusdem Ecclesiæ, & additione aliquorum Epitaphiorum penes Mausolea Regum non existentium.

Quam seriem ut non solum Exteri coram aliquando visuri commodè perlustrare, sed & Indigenæ ad manum habere possint. Tum ne temporum injuriâ scriptarum literarum memoria intereat, fideli narratione & eadem qua scripta latinitate, luci publicæ exponuntur.

Parcat porro Lector antiquitati minus studiosæ latinæ linguæ, quæ in hisce Monumentis identidem non adeo exquisita occurrit; laudet potius ejus studium in exhibendis Majorum

A 2

rum

Est. Jsq.

St. Dr. 2016. B. 227 / 15 (148)

rum suorum in Deum & Patriam pro-  
meritis.

Idque factum est studio & labo-  
re Michaelis SOLTYK Decani Ecclesiae  
Cathedralis Cracoviensis Anno Do-  
mini 1785.

Ecclesia hæc Cathedralis una ex  
primis in Regno Poloniæ constructa,  
dum veræ Fidei lux apparuit. Nomen  
Titulare habet Sancti Venceslai Re-  
gis & Martiris. Incendio olim va-  
statam Nankerus Episcopus Craco-  
viensis pristinae integritati restituit  
Anno Dni M. CCC. XX. Hucusque  
verò Successores Episcopi & Capi-  
tulum, tum ex communi, tum ex pri-  
vato adornare illam non cessant; sci-  
entes: quod Domus DEI nunquam  
fatis magnifica, quod cultus DEO ab  
hominibus debitus & exhibitus, nun-  
quam excedere potest demonstrati-  
one,

one, ostentatione & luxu. Neque mortales Creatori suo possunt justè denegare tale tributum; nam si Principibus pro cura Paterna tributa solvuntur, quid non debetur Illi, Qui Author est omnium Bonorum? Dicit aliquis: Deus istis non indiget; non certè, sed Illi debentur; sicuti homo opulentus, non indiget debito, ut illi reddatur, sed nonne illi debetur? Neque oratione indiget Deus, ergo ad illum non est dirigenda? o! utinam non de obviis lapidibus lignisque, sed de solido auro & gemmis pretiosis Basilicas Divino cultui dicatas excitare facultas daretur. Voluit enim Ipse Deus, ut Reges, quos primos Israeli dedit, construerent summæ Magnificentiæ Jerosolimis Templum, quod Alexander magnus intactum coluit, Titus Imperator

rator fervare summè desideravit. Antiochi verò sacrilegæ manus visibili pæna extinctæ fuerunt.

Cultus & oratio die & nocte continuo in hac Ecclesia Deo a sæculis persolvitur, nam Deus ab hominibus nunquam fatis colitur & laudatur. Romani Jdolatræ instituerunt Virgines vestales ad conservandum ignem continuum suo Jdolo dedicatum, & hanc institutionem severissimis Legibus obsignarunt, studiosissimeque observabant. Si hæc falsis Dîs? quid non fecissent vero Deo, si illum cognovissent? Si hæc vitio? quid non dedissent summæ Bonitati & Virtuti? non enim fuerunt homines rudēs, inculti, barbari, imo magna civilitate & omnis generis scientiarum celeberrimi. Pietas, ordo & exactitudo, tatis in omnibus, in hac

Ec-



Ecclesia fervatur, ut quicumque illa  
obfervaverit dicet: verè Locus iste  
fanctus est, Domus Dei est.

Hic Reges Nostri Ritu folenni  
coronari confveverunt, hic fepul-  
chorum fuorum locum sibi optarunt.

Jllustrarunt hanc Sacram Ædem  
Personali Majestate non tantum Re-  
ges Nostri, sed etiam Principes ex-  
teri: Maximè verò memorabili &  
splendidiffimo illo conventu hic ce-  
lebrato Anno 1363. in quo Carolus  
IV. Imperator Elisabetham Casimiri  
Magni Neptem, matrimonio sibi ad-  
junxit. Præsentibus: Magno eodem  
Casimiro Nostro, Hungariæ, item  
Daniaë, & Cypri Regibus, aliisque  
bene multis Europæ Optimatibus.

Accedens ad Portam majorem  
infpicies Lapidem marmoreum, in  
quo fervata est memoria mentiona-

tæ

tæ combustionis Ecclesiæ, a Nan-  
kero Episcopo restitutæ.

Intrans ad Ecclesiam cum debi-  
tum cultum reddideris Domino Do-  
minorum, cujus Domus ista est,  
incipies a parte dextra Mausolea &  
Epitaphia observare, quorum inscri-  
ptiones hic ordine descriptas inve-  
nies.

Figura parieti infixæ, Gotico,  
hanc inscriptionem habet: Magnifi-  
cus Dominus Petrus Kmita de Wi-  
śnicze hæres, Palatinus Cracovien-  
sis Regumque Poloniæ Marèschal-  
cus, & Capitaneus Scepusiensis, vi-  
ta functus est. Oretur pro Eo ut in  
Sancta pace requiescat. Anno <sup>dm</sup> 1505.  
die Mercurij 16 Apr:



STATUA MARMOREA  
EJUSDEM CUM INSCRIPTIONE.

**P**ETRO Kmitæ Palatino, Kmitarum  
ultimo & maximo, cujus Fami-  
lia ex Sreniavia orta Gente, conti-  
nuatis honoribus, magnisque rebus  
gestis in Polonia multis ætatibus cla-  
ruit, columenque Regni, ac decus,  
ob virtutem antiquitus habita fuit, quam  
ab occasu, neque Anna Goreana U-  
xor prima, neque Barbara Fulstinen-  
sis secunda fervare in hoc Viro po-  
tuit, qui Stanislao Kmita Patre &  
Catharina Tarnovia ortus Matre, cum  
& Palatinatu Præfecturaque Cracov:  
& Marechalcatu Regni, & Scepusi-  
ensi, Premysliensi, Colensique Præ-  
fectu-

fecturis in Domo Visnica floruisset,  
Majorumque honores cumulasset, ul-  
timum vestigium in Terris irato Po-  
lonis Deo post Kmitas omnes fecit,  
amplissimo Patrimonio Sororum Li-  
beris, Stadniciis atque Barfcis reli-  
cto, cujus mens Cælo corpus cum  
Patribus hic contegitur humo. Vir  
fuit Animi magni & Consilij, Rempu-  
blicam tanquam Pater unicam filiam  
dilexit, pro qua inimicitias suscipere,  
periculum adire, commoda negligere,  
omnia humana postponere, domi fo-  
risque, bello paceque jus esse fasque  
duxit, in qua Ille sobriè, justè, pie-  
que vivendo, apud Reges gratiâ,  
apud Cives potentiâ plurimum potu-  
it. Justitiam in Magistratu cupidè e-  
xercuit, illamque non tam summo ju-  
re quam æquitate multa pro tenui-  
ori-

oribus contra potentiores temperavit, antiqui moris Ecclesiastici Romani ritus homo fervantissimus fuit, studia liberalia coluit, Doctos ac Militares Viros fovit, in amicos beneficus, benignus in afflictos, eratque ut adversantibus asper, ita si cederes, idem placabilis, maximas offensiones minima deprecatione compensans, pudore & temperamento linguæ durissimos etiam inimicos frangens & emolliens; & cum liberalitate, clementia omnique parte Vitæ esset laudabilis: fide tamen conjugali excelluit; pro qua Illi hujus sepulchri a Barbara Joherbortio Dobromillo Filia uxore fidissima, mæstissimaque hic habitus est honos. Excessit è vita Sigismundo Augusto Rege Magnumque præbuit publicè extinctæ Familiæ dolorem.

Iorem. Annos natus 76. Prid: Kalen:  
Novem: Anno Domini 1553.

Anno Dni 1082. MEMORIÆ JUDITHÆ.

Juditha Vladislai Hermani Po-  
loniæ Principis Conjux, Filia Ducis  
Bohemiæ, ex Adleida Filia Andreæ  
Regis Hungariæ suscepta, effundens  
concupitum infantem Boleslaum no-  
mine, cui cognomentū accessit Krzy-  
wousty, brevi Ipsa supervivens tem-  
pore, de ergastulo hujus carnis Non:  
Kalen: Januarii in Vigilia Nativitatis  
Domini soluta est. Plancta a Cleri-  
cis & miseris Personis: quoniam be-  
nigna fuit Mater Orphanorum. Hu-  
jus munificentia Comitatus Chrop-  
pi in Terra Siradiensi, qui nunc Pa-  
bianice dicitur, cum hominibus &  
servitutibus eorum, & cum omnibus

tri-

tributis ex frumentis, melle, & Pel-  
libus mardurinis, & aspergillinis, do-  
natus est Canonicis Ecclesiæ Crac:  
in cujus recompensam, Horas B. Ma-  
riæ adstricti sunt singulis diebus ex-  
plere. Ex Decreto V. Capituli Eccle-  
siæ Cathedralis Cracoviensis grati-  
tudinis ergo Anno Dni 1634. PP. M.  
Math: Miechow: L. 3. Historiæ Pol:  
Cap. 1mo.

X. M.

FRANCISCUS KRZYŻAKOWSKI Nota-  
rius Castren: Cracovi: Heic! ut con-  
deretur sacri Senatus Diæcesani as-  
sensione virtutis ergo obtinuit, qui  
æquè in officio, ac omni vita inte-  
gritatem usque eo amplexus est, vi-  
ri ut boni plerique interceptum vul-  
go desiderarint; utinam! posteris in  
Magistratu præsertim æmulentur. Is

non



non modico in censum collocatò argento , Divorum cultui , æditimorum hujus Sacrarii rationibus , tum & posthumæ suæ salutis pariter riteque provisum voluit , perfecitque. Excessit e vita ipsis Natalitiorum Incarnati Dei feriis Anno Domini 1631. ætatis 48.

IN CAPELLA SANCTÆ CRUCIS.

**S**epulchrum Michæelis I. Regis Poloniæ è Domo & Familia KORYBUT WIŚNIOWIECKI. Qui successit Joanni Casimiro ultimo de stirpe Jagiellonum , & Vasorum.

IN PARTE DEXTRA MAUSOLEUM CASIMIRI JAGIELLONIDIS SINE EPITAPHIO.

Jste Rex uxorem duxit Elisabetham Austriacam Alberti Cæsaris Filiam , ex qua inter aliam Prolem habuit



buit Filium Casimirum, Sanctorum  
Fastis adscriptum. Crucigeros ad  
petendam pacem compulit, Regni  
motus diurnos composuit. Vladi-  
slauum Filium Bohemis Regem dedit,  
Moschos, Hungaros, Turcas, Vala-  
chos, Silesios, cæterosque Poloniam  
perturbantes repulit, obiitque Anno  
1492. ætatis 64. Regni 45.

SIMILE HUIC MAUSOLEUM.

ETIAM CARENS EPITAPHIO LADISLAI  
JAGIELLONIS.

Dux Ille Hæreditarius Lithvaniæ  
fuit. Ejuratis Idolis nomen Ladislai  
a sacro fonte obtinuit, unaque cum  
Hedvige Conjuge Anno 1386. Regia  
dignitate inauguratur, mox sopitis  
dissidentium Polonorum odiis in Li-  
thvaniam redit, eidem allaturus lu-  
cem,

cem, quam Ipse de Cælis obtinuit, Præsulis atque Principis functus est officio, cum idiomatis illius gnari deessent, Ipse rudimenta Fidei explanat, Templâ erigit, verboque & exemplo Gentem Lithvanam ad amorem veræ fidei excitat. Hinc redux Hufsitâ Bohemiæ Regnum Illi offerentes repulit, dicens: difficulter eos regi posse qui Ecclesiæ svavi iugo nolunt subesse. Crucigeros cum flectere nequiret, fregit, deletis eorum 50, millibus. Valachia, Moldaviaque Poloniæ asertis; civilia discordia oppressit. Nullus ipso augustior, aut rerum gestarum gloria, aut Imperii amplitudine; tenuit gubernacula Regni per Annos 48, decessit Anno 1434. relicto Filio Regni Successore Ladislao III. qui gloriose

riose contra Amuratum Turcarum  
Tyrannum pugnans, cæsis Barbaro-  
rum triginta millibus ad Varnam fue-  
cubuit.

D. O. M.

Christophorus Sapellius S. T. &  
Medic: Doct̄or, Canonicus Cracov:  
Kielscen: & OO. Sanct̄or: Cracov:  
Decanus fato functus die 16. Julij  
1648. Anno ætatis 60. hic adventum  
gloriæ Magni Dei expectat.

PLURA VIN: LECTOR.

Dicant Academiæ Cracov: &  
Zamoscen: in quibus præclari inge-  
nii sui specimina Profefsorem agens  
edidit. Roma, ubi in publica qua-  
dam disputatione cum laude stetit,  
Cathedralis hæc & aliæ plures Ec-  
clesiæ, quæ illum è suggestu Divi-

B

na

na prominentem eloquia suspexere :  
 Synodi Diæcesanæ, tum & Toruni-  
 ensis Conventus : ubi labor ipsius  
 & industria enituit. Curia Regia, in  
 qua Sigismundi III. & Vladislai IV.  
 a Consiliis Medicis fuit, cumque hoc  
 etiam Moschoviam invisit. Mościska  
 suum natale solum, ubi cultum Dei-  
 paræ, Presbytero fundato, argento  
 & apparatibus auxit, ac pauperibus  
 studiosis subsidium penes Academi-  
 am Cracoviensem providit. Sacel-  
 lum denique hoc idem, cujus Præ-  
 bendariis censum annuum in refrige-  
 rium animæ suæ attribuit.

His Lector, præ angustia lapidis  
 cognitis, & defuncto bene precatus  
 vale; novissimorum memor esto. Exe-  
 cutores Testamenti posuere.

IN CAPELLA ROSARUM.

EPITAPHIUM PHILIPPI PADNIEVII EPISC: CRAC:

Egregia in Patriam merita atq; heroica Virtus  
Padnievii, ad summum te decus extulerant  
Ausa nec infelix oculos attollere contra est  
Splendore ista tui nominis invidia. (est.)  
Padnievii Urna tuo fatis hæc pro corp: magna  
Virtus Mausolea supra est, omnesq; colofos.

D. O. M.

Rndus D. MARTINUS JZDBINSKI de  
Rusiecz Scholasticus Cracoviensis,  
Archidiaconus Posnaniensis, Cano-  
nicus Gnesnensis, antiqua nobilitate  
clarus, doctrina præsertim Juris Ca-  
nonici, ac rerum usu excultus, ide-  
oque Vicariatus Generalis, & Admi-  
nistrationis Episcopatus Cracovien-  
sis officii cum laude perfunctus, ze-  
lo & laboribus pro Ecclesia Catho-  
lica ad extremam ætatem invictus:

tandem ætate morbisque diuturnis  
confectus, piè & fortiter ex hac vi-  
ta commigrat, die 24 Maji Anno sa-  
lutaris 1594. ætatis verò suæ 80. Cu-  
ratores Testamenti hoc monumen-  
tum eidem posuerunt.

JACOBO MONTANO Philosophiæ Do-  
ctori & Medicinæ Canon: Crac: qui  
primum in exhibendis Medicamentis  
Philippo Padnievio spectatam nava-  
vit operam: Eo deinde vita functo,  
Collegii Canonicorum procurationis  
munus suscepit, in quo per annos  
aliquot ita se gefsit; ut fidem & di-  
ligentiam singularem omnibus proba-  
ret. Curatores Testamenti hoc po-  
suère monumentum die 20. Februa-  
rii Anno 1580.

D. O. M.

R. SIMONI SARNOWSKI, Cantori Cracoviensi. Ex Palatinatu & Districtu Lancicien: de Armis Accipitris. Deus propitius esto peccatori. Natus Anno 1576. obiit 16. Martii 1639. requiescat in pace. Ex Testamento ejus desumptum.

R. D. VALENTINO KUCZBORSKI Archid: Pomeraniæ, Cracov: Var: Canonico, Regio Secretario, Cardinalis Hosii alumno, viro pietate singulari, ingenio, scientia dicendi scribendiq; clarissimo, integritate vitæ sacrisque tractandis religiosiss: Fratres Coll: Can: fecere. Obiit Anno Domini 1573. die 30. Oct: ætatis suæ 47.

R. D. STANISLAO DAMBROWSKI J. D. Archidiacono Gnesnensi, Crac:  
Vla-

Vladisl: Canonico. Viro pietate, do-  
ctrina, morum gravitate insigni: ali-  
quot Episcop: Gnesn: Cancellario,  
erga inopes & studiosos Patrono  
perquam liberali & propenso. Amici  
posuere 1575. 2. Januarii ætatis 73.

*Reverēdo* R. D. RAPHAELI WARGAWSKI Budek  
de Wargowa Ecclesiæ Cathed: Cracov<sup>ralis</sup>  
& S. Floriani in Kleparz, nec non  
S. Jacobi Casimiræ Præposito, Cu-  
stodi Sandomiri<sup>et Cano</sup> & Vladislavi<sup>en</sup> Cano:  
Viro genere nobili, pietatis cultori  
studioso, ingenio perspicaci, do-  
ctrina eleganti, morum singulari can-  
dore, & conitate: pauperum, tum  
in educandis Consanguineis egenis  
doctrinæ studiosis Patrono liberali,  
mortali vita perfuncto. Generosus  
Martinus Jarochowski de eadem War-  
gowa, & in Nagurzaný Hæres, Ne-  
pos



pos ex Fratre germano, ad locum  
sepulchri propter excitandos præte-  
reuntes deprecandi illi Vitam & re-  
quiem æternam. Patruo suo pientis-  
simo posuit. Z

IN CAPELLA DOCTORUM.

DEO VITÆ

Et Mortis Domino, Optimo, Maximo.

Memoriæ Immortali

Prlis & Rdmi Joannis Łucziewicz Ca-  
non: Cracov: Sacræ T. & U. J. Do-  
ctoris Sacerdotis Jubilati

IN DEUM.

Cujus honorem fundatione Missæ  
votivæ pro conservata ab igne hac  
Basilica, Canonicatum Kielciis &  
Scarbimiræ quotidianis sacrificiis am-  
pliavit religiosissimè.

IN

IN DEIPARAM.

Cujus venerationem erectione officii minoris & Immaculatæ Conceptionis Scarbimiræ auxit.

DEVOTISSIMI IN PROXIMOS.

Quibus se & sua, totum impendit, stipendiis in studentes, dotibus in Virgines nobiles, redemptione incarceratorum, apertione Thliæ, Typographiæ Sandomiriæ, professione lingvarum exoticarum, eleemosynis in pauperes & egenos liberalissimi.

IN SE IPSUM.

Virtutibus Deo notis conspicui, & omnibus omnia facti. Obiit Anno Domini 1726. 9. Novembris ætatis 86. Sacerdotii 56.

Viator imitare, charismata similia

lia æmulare, defuncto requiem æternam precare.

D. O. M.

JOANNES FOXIUS J. U. D. Archidiaconus Cracov: Prothonot: Apostolicus, Secretarius Regni Vir magnorum in Ecclesia Cathedr: prope 40. annos meritorum, fidelitate, opera agendi, peritia, Principibus in Regno commendatus. Sex Illustriſ: Episcopor: Cracov: in Diæcesi fidelis & felix operarius, Cardinalis Radzivillii causarum Auditor. Petri Tilicii ad Paulum V. & iterum ad Urbanum VIII. a Synodo Provinciali Internuntius, optimi semper tenax propositi, sententia in dicendo incorrupta, mens & Consilium Capituli, ubi naturæ & gloriæ satis vixif-

xisset; plenus annorum, & pro Ecclesia Dei laborum, propè septuagenarius decessit, Anno salutis 1636. die 21. Febr: cujus memoriæ monumentum hoc Executores Testamenti posuerunt.

D. O. M.

NICOLAO DOBROCIESKI de Dobrociąsz J. U. D. Cracov: & Sandom: Canonico.

O! mors inimica, quæ priscam virtutem Cleri & Academiae decus immature sustulisti. Deslent pii disertum & gravem verbi Dei præconem, dolet Diæcesis renovata magni Cardinalis Radzivillii Episcopi Cracov: Cancellarium.

At vos amici & egeni dulcem amicum & Patronum diu complorate,  
eheu!

eheu ! magnus Vir obiit die 28. Ja-  
nuarii Anno Domini 1608. ætatis 49.  
Executores Testamen: posuère.

D. O. M.

JACOBI NEYMAN utriusque Juris  
Doctõris & Professõris Canon: Crac:  
Viri meritorum pleni & apud omnem  
posteritatem memorandi, famæ toti  
Poloniæ & Europæ notæ; quod clau-  
di potuit, hic jacet, cujus ingenio,  
dexteritate & animo, extremo quo-  
dam suo discrimine Academia libe-  
rata. Obiit sexagenario minor No-  
vembris 23. Anno Domini 1641. se-  
decimùm Reçtor, Executores Testa-  
menti posuère.

EXTRA CAPELLAM.

D. O. M.

Hic lapis Gloriæ perennis ora-  
cu-

culum Prlis olim & Adm: Rdi CHIE-  
RONYMI de Brzezie RUSSOCKI Crac:  
Ploc: Canonici, Præpositi Oswiecim:  
Thesauri Rni Custodis, Sacræ Regiæ  
Majestatis Secretarii. Vocali silentio  
loquitur. Quem ob eximiam in Deum  
pietatem, animi magnitudinem, in-  
victum pro Ecclesia Dei zelum, mi-  
ram in rebus gerendis dexteritatem,  
Romæ quoque coram Sede Aposto-  
lica probatam. In Tribunalitiis Regni  
Judiciis in Officio toties Judicis Sur-  
rogati, in componendis animorum  
dissidiis summam prudentiæ vim &  
felicitatem, piam in sacros usus eti-  
am post obitum munificentiam, ævo  
longiori dignissimo: sola digne im-  
mortalitas loquetur. Obiit Anno  
Domini 1681. die 3. Aug: ætatis 52.  
cujus monumentum hoc Executo-  
res Testamenti posuere. D. O. M.

D. O. M.

JACOBUS ex antiquo Accipitrum  
Stemmate SARNOWSKI. Ecclesiarum  
Cathedr: Cracov: & Colleg: Sando-  
mir: Primicerius, magni illius JACOBI  
ZADZIK Episc: Cracov: ex Sorore  
Nepos, cum Annos ætatis 67. nemini  
injuriosus piè vixisset; peculio in  
Templornm ornamenta & paupe-  
rum usus ultimis tabulis ordinato,  
Anno 1682. 7 Idus Novem: deces-  
sit & in hac Basilica in facello A-  
vunculi sui deponi voluit.

R. D. DANIEL SIGONIUS Sacræ  
T. D. & Profefsor, Canonicus Crac:  
cum Deo fruatur, illius misericordia  
non curat longam feriem superin-  
scriptionum: hanc tamen umbram,  
testem hic ejus depositæ mortalita-  
tis

tis amici Execut: extare voluerunt.  
Obiit A. D. 1638. 8. Julii ætatis 75.

D. O. M.

Agnosce lapis felicitatem tuam ad  
quanti funeris memoriam destinari?  
in cujus muneris gratitudinem!

Quas te scalptrum docuit, æter-  
nitatis virtutes loquere. Prælis Rædmi  
ADALBERTI in Złowody ZŁOWODZKI  
Cust: Crac: Canonici Sandom: Præ:  
Solecensis. Quot titulos sed quot me-  
ritis comparatos? Ecclesias Diæce-  
sis Cracov: tuebatur & semper fide-  
liter. Regni causarum toties Arbi-  
ter Deputatus judicabat æque, sa-  
tis, & justè, cultum Superum, Tem-  
plorum decus, promovebat; piè &  
religiôsè. Denique nihil ad omnia  
quæ egit, desiderari potest, præter

Ipsam,



Ipsum, maturus Cælo tot virtutibus  
terris eripi debuit Anno Dni 1694.  
die 6. Maji ætatis 56.

IN CAPELLA REGIA PSALTISTARUM.

SIGISMUNDUS III.

JOANNE SVECIAE REGE EX CATHARINA JAGIEL-  
LONIA SIGISMUNDI I. FILIA GENITUS  
POLONIAE AC SVECIAE REX.

**O**Mnes bene regnandi complexus  
artes, inconcussus animo Reli-  
gionem avitam Paternæ olim iræ vi-  
etrici patientia asertam, densis in  
Polonia expurgatam hæresibus pro-  
pagavit, Regni limites protendit, Vi-  
ctor quoties Bellator. Scithas multis  
cladibus, Moschorum Vires, captis  
magnis Ducibus, ac Smolensko rece-  
pto, Turcarum potentiam ad Choci-  
mum, aliorumque audaciam Hostium

armis fregit. Virtutum prærogativa  
Regiarum Regum fui temporis visus  
Pater, Regnis mortalibus: excessit  
e vita Varsaviæ, Anno Xsti 1632.  
ætatis 66. Regni Polon: 45. pridie  
Calen: Maj. Patri desideratissimo  
nec non Annæ Amittæ, Constantiæ  
Matri, inclyti Austriaci Sangvinis pri-  
mi & secundi nuptus, Sigismundi  
Consortibus & Throno & tanto Rege  
ex virtute dignis. Joannes Casimi-  
rus Rex Poloniæ & Sveciæ posuit.

JOANNES ALBERTUS.

SIGISMUNDI TERTII & CONSTANTIÆ AUSTRI-  
ACÆ REGUM POLONIÆ & SVECIÆ FILIUS.

**M**aturum Regiæ Juventutis florem  
summum in utraque Republica fa-  
cra, Civili Honoribus consecravit  
Regale Sacerdotium & ipse facturus

Sa-

Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis  
Episcopus Cracov: gemina Purpu-  
ra insignis Sangvinis & Honoris, par  
utrique animus ac Virtus Regium u-  
trumque, utrique valetudo impar,  
sola obstitit, ne summis tanti Nomi-  
nis ditibus diu Polonia, diu Eccle-  
sia frueretur, valere desiit, atque ex-  
tremum Terris speique valedixit Pa-  
tavii. Anno Xsti 1634. vitæ 23. 10.  
Calen: Januarii. Cui hoc fraterni amo-  
ris monumentum Joannes Casimirus  
Rex Poloniæ ac Sveciæ erexit.

VLADISLAUS IV.

SIGISMUNDI TERTII EX ANNA AUSTRIACA  
FERDINANDI II. SORORE FILIUS.

**A** Dolescens a Moschis Paterna  
virtute victis Electus Magnus  
Dux, ne Imperium adiret. Meruit for-  
C tuna

tuna Poloniæ, cui fatis æquioribus debitus, concordibus civium votis ac vocibus Rex optatus, bella simul adiit, ac Regnum fortis: fortunatusque Regnator ac bellator.

A Moschis imperata signorum armorumque deditione adoratus Victor, aliisque contra Turcas ac Svecos, compendio confectis sæculorumque bellis, altissimam Regno pacem circumundique armis frementibus paravit, & siluit terra in conspectu ejus, majora ingentibus animis molienti, ipsa se se terminum obiecit mors! Mericii in Lithvania Anno Xsti 1648. ætatis 53. Regni Poloniæ 16. decimo tertio Calen: Junias.

Fratri Desideratis: ejusque primi Nuptus consorti Cecilie Renate Austriacæ Ferdinandi secundi Filie An-

no 1644. piè mortuæ Joannes Casimirus Rex posuit.

CAROLUS FERDINANDUS.

SIGISMUNDI TERTII EX CONSTANTIA AUSTRIACA FILIUS.

**I**N quo ultra regium Sangvinem, parem Infulis & Sceptro virtutem, Sacrociviles domi forisque tituli exæque prensarunt. Sacris illi quidem, sterilescente Fraternali solio, constans in Patriam amor interdixit, at non Sanctimonia & gemina propè cognomini Boromæo pietate, quam cum non satis diu spectare licuit Poloniae, libet etiam nunc lugere. Moritur Viscovii Anno ætatis 42. Xsti 1655. 7mo Idus Majas. Joannes Casimirus Rex Unicus e Regia Domo superstes, desideratiss: Fratri jam olim

Varsaviæ sepulto , hic & ipse demum  
immortalibus adlectus , Regale istud  
Mnemozynon condidit , in illo fu-  
premæ morientis voluntati , in hoc  
mori nescio , in Fratrem studio ob-  
secutus.

Quantum in res humanas fortuna ?  
Quantum in fortunam possit virtus ,  
Unus suo exemplo.

### JOANNES CASIMIRUS REX

SIGISMUNDI III. ET CONSTANTIAE AUSTRIACÆ  
FILII PLURIMUM DOCUIT.

**I**nitio Regni grandem subiit bellorum  
molem , hac simul ac Diademmate  
coronatus , Cosacorum primo rebelli-  
um , ac Scitharum , tum Moschor : Sve-  
cor : ac Transylvanorum , ingentibus  
undique simul bellis occupatus , Regno  
pene amisso Rex ac Victor animi ma-  
gni-

gnitudine , & constantia invictus victis  
hostibus , de ipsa inprimis fortuna tri-  
umphavit. Denique stabile olim adi-  
turus Regnum, terreno sponte A. 1668.  
in comitiis, ac demum Anno 1672. 16.  
Decem: Niverniæ in Gallis ætatis suæ  
64. vitæ mortali celsit. Unde ejus Ci-  
neres in hoc Sacellum translati sunt.

Regi Optimè merito , atque Lu-  
dovicæ Mariæ Gonzagiæ Polonorum  
Reginæ , primum Vladislao IV. dein  
Joanni Casimiro nuptæ , virilis animi  
Heroinæ, Veræ Matri Patriæ positum.

ALEXANDER CAROLUS.

SIGISMUNDI TERTII ET CONSTANTIÆ AUSTRI-  
ACÆ FILIORUM NATU MINIMUS.

**A** puero , suffragio publico & ille  
magnus cujus indoli animoque  
par Regum non aliud erat quam ma-  
ximum. Regalibus disciplinis adole-

scen-

scentiam Publicæ magnæque maturat spei; cum mors præfestinata spes omnium ac vota, luctu omnium evertit elusitque. Heu! quantum Poloniæ præsidium, quantum Dominus Regia decus? perdidisti! videre poterant minus perdere: nisi quantum futurus erat cognitum fuisset utrique. Obiit Anno Christi 1634. ætatis 20. Calen: Decembris.

IN EADEM CAPELLA PSALTERIST: OSSA  
VENER: PRANDOTÆ EPISC: CRACOV:  
EXTRA CAPELLAM.

D. O. M.

HIERONYMUS SOLTYK antiquissima  
Nobilitate clarus, Filius Ferdinandi  
& Marthæ Lubomirska Palatinorum  
Czerniechoviensium, Canonicus hujus  
Ecclesiæ Cathedralis, post ascen-  
sum



sum Padnievii in majorem Cancellariatum, majori Secretariatu insignitus a Serenissimo Sigismundo Augusto. Vir Plenus meritis terminum vitæ suæ posuit Anno M. D. LXII. ætatis 33. Execut: Test: posuere.

INFINITÆ DEI OMNIPOTENTIÆ  
PERPETUÆ.

SERENISSIMI & INVICTISSIMI JO-  
ANNIS TERTII REGIS POLONIÆ MA-  
GNI DUCIS LITHVANIÆ, RUSSIÆ,  
PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ,  
KILIOVIÆ, LIVONIÆ, VOLHINIÆ, PO-  
DOLIÆ, PODLACHIÆ, SMOLENSCIÆ,  
SEVERIÆ, CZERNIECHOVIÆQUE.

M E M O R I Æ.

**V**EXillum hoc Ottomanicum ab  
invictissimo Rege ipsis in Ten-  
toriiis magni Vesiri captum, in a-  
ras

ras D. Stanislai Præsulis ac inclyti Regni Patroni sacrum dicatumque est.

Qui ut labenti rei Christianæ opem ferret die 19. Augus: Anno Verbi Incarnati 1683. Polona Arma versus Viennam a Trecentis millibus Barbarorum oppugnatam prospere movit. Ope Divina, inaudita fortitudine, Anno eodem die vero 12. Septembris Victor hostem profligavit, Triumphator Castra cæpit. Liberator Viennæ, exitialem obsidionem solvit. De flore Ottomanci exercitûs respersas hostili Sanguine Lauros obtinuit. Strigonium, Setinum & alia complura loca Leopoldo Romanorum Imperatori asseruit.

Tandem dies Augusta Anni decurrentis 24. Decemb: dum Augustum hac in Basilica sistit Regnum uni-

universum in magnas lætitiæ effunditur voces.

Ille in profundam Dei Omnipotentis Venerationem. Post appensa Romæ in Vaticano ad summum decus nunquam antea visa bina Turcica vexilla, tertium suo Regio in Templo apponit: ut trino magnarum victoriarum documento Sanctissimæ Triadi det Gloriam futuraque sæcula erudiat, magnus Victoriis majorem non fuisse.

MAGNO JOANNE.

In argumentum Regiæ pietatis, & memorabilis victoriæ. Joannes de Malachovice Episcopus Cracoviensis, cum Capitulo ad rei gestæ perpetuitatem posuit.

D. O. M.

D. O. M.

Prli & Adm Rdo Domino STANISLAO de Brudzyny BRUDZINSKI Crac; Sandom: Canonico Sacræ Regiæ Majestatis Secretario.

Jllustris: & Rdmi olim D. PETRI GEBICKI Episcopi Cracoviensis ex Sorore Nepoti carissimo. Avitæ Domûs novissimo furculo; pietatis, innocentia, humilitatis, candoris, aliarumque virtutum insignis nemini secundo, Viro solidæ eruditionis, cultu & singulari Capitularium peritia spectatissimo; contemptu mundi & studio paupertatis Evangelicæ nunquam satis laudato. Positum monumentum qui vides, æternam salutem apprecare.

Obiit 23. Maji Anno Domini 1690. ætatis 67.

M. O. M.

D. O. M.

D. O. M.

PETRUS GĘBICKI Episcopus Cra-  
coviensis Dux Severiæ. Veteri &  
Illustri Nałęciorem Gente, Rege Si-  
gismundo tertio primum Secretari-  
us, dein utriusque Cancellariæ Re-  
gens, Vladislao IV. Regni Secreta-  
rius major, ad Ferdinandum II. Im-  
peratorem Romanorum Legatus.

Pruthenicæ, Moschovitæ, Tur-  
cicæ, expeditionum Regibus comes.

Præmysliæ Antistes, utriusque si-  
gilli Legumque Custos. Parata a-  
pud suos Principes fidissimi obse-  
quii gloria, liberata Submontanæ re-  
bellionis periculo Patria, Duce Tur-  
barum Napierscio capto, Templo Ca-  
thedrali, ara majori Corporibus San-  
ctorum, argenteis Divorum statuis,

or-

ornato, Diæcesi & Episcopatu bonis  
legibus exulto.

Hoc demum nec vivere recusans  
nec mori timens. Ante fata piè &  
religiose, posteræ posuerunt memo-  
riæ monumentum Anno Domini 1654.  
quarto Idus Octobris ipso natali die  
ætatis vero suæ 70.

D. O. M.

CASIMIRUS a Lubna LUBIENSKI  
Episcopus Cracov: Dux Severiæ.

Clementis XI. vivæ vocis Ora-  
culo Vir Ecclesiæ, Processus Ca-  
nonizationis B. Joannis Cantii Comif-  
sarius Apostolicus Promotor libera-  
lissimus.

Hanc Basilicam, turri & muris  
novis ampliavit, Aras ejus & Chet-  
mensis Cathedræ olim sponsæ suæ

ap-

apparatu pretioso adornavit. In peste, fame, bello, Patriam Consilio, egenos auxilio, clerum Synodo, Diæeesim exemplo illustravit. Montem Pietatis, pauperum Nosocomia, Nobilium Contubernia, Religionum Cænobia, Clericorum Seminaria aluit, dotavit, auxit. Obiit Anno Domini 1719. die 11. Maji Episc: 9. ætatis 67.

D. O. M.

Mortalitatis Exuvias nigrum hoc continet Marmor, candidum vero spiritum Astra tenent.

Prlis & Rdmi Domini GEORGII de Morsko MORSKI Cathedr: Crac: Canonici, Vladisl: Decani, qui ex antiqua Topororum prosapia, consilio Nestor, maturitate gravis, prudentia magnus, tergeminae Capituli Cra-

coviensis Coronæ gemma pretiosa  
tanti æstimata, ut Triplici Themidis  
Laurea, ad tribunal Regni ornare-  
tur; Vladislav: Cathedr: quem sem-  
per coluit, Generalem sede vacante  
habuit Administratorem. Verè Di-  
vinus Mystes.

Templum Dei, ut se probaret in  
terris esse, Sacras ædes in Parva Ka-  
zmierza & Piotrkowice Domino glo-  
riæ sumptuosè erexit. Tantis meritis  
gloriosus æternùm victurus, vivere  
temporaliter desiit Anno 1707. die  
30. Augusti ætatis 54.

Venerabili STANISLAO ZAIAC de  
Fabianice Sacræ Regiæ Majestatis  
Capellæ Præposito. Qui insigni Vir-  
tutum pietate & vetusta morum gra-  
vitate Annæ Jagielloniæ Polon: Re-  
ginæ mirum in modum gratus extitit,  
&



& cum plures annos Vicedecanatus & Pænitentiariæ Officium non minus feliciter administravit, quam svadente senectâ summo cum affectu deposuit. Executores Testamenti posuere. Obiit Anno salutis 1602. die 18. M. Januarii ætatis 80. Sacerdotii 54.

D. MATHIÆ LANCZKI, Juris-consult: Viro gravi & prudentissimo apud Archiepiscopum Gnesnensem aliquoties Cancellario, in Academia verò Cracov: Rectoris munere cum laude functo, Archidiacono Gnesnensi, Scholastico Vladislaviensi, Decano Loviciensî, & Canonico hujus Basilicæ. Curatores Testamenti posuere. Obiit Anno 1557. die 12. Novembris ætatis suæ 50.

SUPRA PORTAM CAPELLÆ  
SIGISMUNDI I.

QUÆ EST RORANTISTARUM.

**E**Xtat Effigies antiquitus depicta  
Ejusd: Sigismundi, ex parte e-  
jus dextra est Effigies Annæ illius  
Filiæ, quæ fuit Stephani Bathorii U-  
xor, a manu verò sinistra ejusdem,  
in Statu Viduali: tale enim indu-  
mentum Regiæ viduæ portare con-  
sueverunt.

In hac Capella Regia Rorantista-  
rum D. SIGISMUNDUS JAGIELLONIUS  
Poloniæ Rex, ac Lithvaniæ Dux Ma-  
gnus, Scithicus, Valachicus, Mosch:  
Prus: &c. Victor ac Triumphator,  
Pater Patriæ; In hoc monumentum a  
se magnificentissime erectum illatus  
requiescit.

SIGISMUNDO AUGUSTO Poloniarum  
Regi & Magno Lithvaniæ, ac reli-  
que Sarmatiæ Duci ac Domino.

Principi Consiliis promptif: factis  
lentissimo, moribus patientissimo,  
vita benignissimo. Anna Infans Re-  
gni Poloniæ, Fratri bene merito suo  
sumptu posuit, & suis Ipsa lachri-  
mis conspersit.

D. O. M.

D. ANNA JAGIELLONIA Sigismun-  
di I. Filia Jagiellonum ultima propa-  
go Stephani Batorii maximi Regis  
Conjux munifica, pia, religiosa,  
trium Interregnorum pignus Concor-  
diæ. Communis mortalitatis memor  
hoc monumentum Cineribus suis con-  
struxit. Vixit omnium Regiarum vir-  
tutum laude florens per singulos æta-

D

tis

tis suæ gradus, maxime laudata.  
Sacellum hoc vestivit tecto aureato,  
Ornamentis & censu locupletavit.  
Extincta 9. Septembris Natalis sui 73.  
summo luctu Sigismundi III. Regis  
Sororis Filii & totius Regni mæro-  
re ingenti. Anno 1594.

Altare, quod erat Sigismundi I.  
portatile foris ligneum, adornatum pi-  
ctura raræ perfectionis, designante  
Sacram Historiam, ignotum est quis  
illius Author, ex stylo & coloris usu  
facile dignoscitur esse Scholæ Ve-  
netianæ, intus sculptura Argentea si-  
milis excellentiæ, eandem Historiam  
representans, cui narratur manum &  
operam dedisse Ipsum Sigismundum:  
quia scimus illum tali arti aliquando  
vacasse.

IN CAPELLA SZANIAVIANA

DE O.

Qui aufert Spiritum Principum.  
Evola tumulo Phœnix fama resonans  
(immortale funus) Constantinum, FELICIANUM in Szaniawy SZANIAWSKI  
Episcopum Cracoviensem, Ducem  
Severiae.

Anima fuit Regno; Augusto II.  
Corona, Senatus Caput; Libertatis  
vitale Cor. Vicinis oraculum; remo-  
tis, legendus; inter grandes pares,  
Purpuratos Patres. Adstabant Infir-  
mo Thorunii duo Monarchæ, argu-  
mento; quantum valuerit apud Prin-  
cipes, Cardinales, pro Murice ade-  
ptus virtutes. Prudentia Consilium,  
Justitia Tribunal, Fortitudine Militi-  
am, Temperantia Pacem, intus & ex-

tra eminenter promovit, } sensit at-  
trita Hæresis audax Stanislaum. } Cre-  
didit Religio triumphans Constanti-  
num. } Pastor, forma gregis ex ani-  
mo. } De vellere pretiosi Junoszæ du-  
os prope milliones } congestis in Tem-  
pla, Seminaria, Gymnasia } formandis  
perpetuo Sacerdotibus aureis. } Plu-  
ra daturò Parca obvenit: mors erat,  
non dare. } Numeret Cujavia usque  
ad Balthidem } Præfulis tunc, anno-  
rum tredecem dona, sicut arenam  
maris } pro Ecclesia, Patria, virium  
prodigus, sudore fuso. } Tantum non  
Sanguine scribi debuit. }

*subij p. 111*  
CONSTANS FELICITAS POLONIÆ. }

Hanc ut propriam Cælum rece-  
pit 1732. } ætatis 62. Episcopatus Cra-  
coviensis 12. Anno } die 2. Julii: fu-  
pre-

764

premis condictâ Sacramentis Mariæ  
Visitantis, Cujus Patri Joachimo ; non  
honoris sui Cineris, Sacellum istud  
Regibus collateritium fecit Marmo-  
reum, Cor servat Congregatio Missio-  
nis in Stradom, ubi & thesaurus gra-  
tiarum ejus.

*dalej w Murze*

D. O. M.

Memoriæ immortalis Constantini,  
FELICIANI in Szaniawy SZANIAWSKI  
Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ.

Qui PETRO SZANIAWSKI & CA-  
THARINA CHOMSKA Parentibus in Li-  
thvania, possessionæ Terrestri, &  
Genere claris natus est.

Fratrum quatuor sæcularium. Mu-  
niis in illo Ducatu magno, & quinti  
Secretaria majori in Regno, Abbatis  
Commendarii Wąchoc: distinctorum

Prin-

Princeps fuit. Illorum Succedanei  
Subdapifer Rni Chęcinen: &c.

Venator Magni Ducatus Litt: So-  
chaczovien: &c. &c. Alter Augustov:  
Capitanei adinvicem sibi Patruelles,  
utrobique Provinciarum ceu aureo  
fortunæ ampliores vellere gloriantur  
in suis posteris Gentiliis Junosza  
armis.

Constantinum in Feliciano & Fe-  
licianum in Constantino non satis  
mirabitur; nisi quis noverit prius il-  
lum ex Scholastico Vilnen: Referende-  
rio M. D. L. ad Sacerdotium magnum  
in Cathedra Vladislav: & Pomeraniæ  
assumptum, deinde in solio Pontifi-  
cio Cracovien: & Ducali Severiæ con-  
sedisse, nisi fortasse etiam Principi-  
bus placuisse Viris hæc laus maxi-  
ma sit.

Augu-



Augusto II. Poloniæ Regi apprimè acceptus, quia illi fidelis constanter adhæsit. Apud Petrum I. Imperatorem Ruffiæ in honore habitus, qui eum Cruce pectorali justæ magnitudinis Saphiris & Adamantibus intertextis pretiosa, præsens Consecrationi ejusdem in Episcopum, sollemniter de manibus suis dignatus est Leopoli. Cognoverunt penitus hæ Majestates in illo eminentem mentis perspicaciam, profundas Statûs rationes, Senatoris prudentiam, optimos de Republica sensus, quibus etiam apud extraneos fama celebris fuit. Promptum in obviis, æque ac arduis quibusvis dabat eloquium. Dicta illius pro Oraculis notabantur: ut rectè appellari mereretur Consiliorum Episcopus. Per hunc Religio pacem, exer-

exercitus constituto regulari stipendio robur, Tribunalia justitiam, avita libertas & immunitas Ecclesiastica jus suum asseruerunt. Et adhuc Religioni locus est. Illius zelus a Baltico, ubi Jurisdictione ordinaria Diœcesi Vladislavien: & per Pomeraniam annis circiter 14. præfuit, & profuit aucto ad illam Cathedram Seminario Clericorum Sæcularium. Gedani apud PP. Soc: Jesu fundata Theologia speculativa, & non longius inde ad Ecclesiam Parochialem Sancti Adalberti Domo Mifs: congregationis Presbyterorum erecta. Munificentiae suæ hic nondum sistit pedem, donec in Coronato Craci colle pedem figeret. Laudant in Portis Metropolis istius opera ejus, Seminaria gemina in Arce & Stradom, nec  
non

non Sandomiriæ & Lublini, item Kielciis pro efformandis Viris Apostolicis, tum & Convictus Łukoviæ pro alumnis Domus suæ instituendis per Eundem fundata, erecta, dotata, aucta, ampliata, restaurata, quorum sumptus prope Duos Milliones florenor: expensi, liquido computantur. Sponsam hanc suam pretioso adornavit apparatu, & Capellam istam Regiæ alateritiam fecit Marmoream, sub cuius mole quiescit. Mortuus Lipoviciæ die 3. Julii Anno 1732. ætatis 64. Memoriale hoc adjecit gratitudinis ergo Mecænati suo Cliens, Testamenti ejusdem Executor J. R. C. C.

IN CAPELLA ZADZICOVIANA.

D. O. M.

JACOBO Cracoviensi Episcopo,  
Duci

Duci Severiæ supremo Regni Cancellario gente Corabitarum inclyta stirpe ZADZICOVIANA ultimo hujus Nominis Hæredi. Qui vultu Animum in prosperis, adversisque æqualem gerens, eam domi continuo rerum usu de se existimationem comparavit; ut exteris quoque Gentibus admirandus esset. Mox inter Mosch: & Svecum, necnon alios Principes a partibus etiam secum dimicantibus belli pacisque Arbiter diceretur vocaretur. Oblatam Sedem Metropolitanam mereretur, omne peculium innocenter paratum in D. Cantium, in bonas literas, in Sacra ædificia, in pauperum subsidium, libenter distribuit. Ariana impietate Cracoviam maculatam primum Lege Publica, cultu dein Orthodoxæ fidei, sacrisque Ritibus expiavit. Quid

Quidquid laudis, honoris, meritorum publico testimonio nactus, id virtuti, literis, constantiæ, non fortunæ debebat.

Ita pius, gravis, moderatus, pacificus, zeli cultor optimus, omnibus suspiciendus æmulanda gloria: diem extremum clausit Bozantini. 17. Martii Anno salut: 1642. ætatis 60.

EX PARTE SINISTRA EX OPPOSITO EXTAT MAUSOLEUM CASIMIRI MAGNI.  
EPITAPHIO CARENS.

**R**EX iste magni Nomen justè obtinuit, non tam bellica virtute, quam aliorum operum magnitudine. Et quis certè negabit majorem esse illum Principem, qui felicitatem Populorum obtinet? sine strepitu armorum, sine oppressione innocentium, sine effusione sanguinis, quæ naturæ humanæ repugnat:

gnat : atque illi hanc innatam virtutem conservandæ vitæ proximi extorquet, quam ipsi supra omnia animalia Creator Mundi detulit.

Jta Casimirus noster, Leges iniquas vel fustulit, vel correxit, administrationem Justitiæ instituit, æquitate, clementia animorum possessionem obtinuit. Pace cum permolestis Crucigeris stabilita, Ducatum Masoviæ Regno adjecit. Rufsiam in unum corpus redegit. Hic Vladislai Filius Piasteæ Familiæ postrennus cum Anna Conjuge Diademmate insignitus Anno 1333. decessit Anno 1370. Regni 37. ætatis 60.

Hanc Casimiri Laudem si quis velit his nostris temporibus afsimilare ? facile videbit ; quis est ille Princeps, cui illa multum convenit, quis

Le-

Leges correxit, administrationem Justitiæ stabilivit, & acceleravit, animos omnium æquitate & clementia sibi devinxit; Studia & Artes singulariter protexit & proteggit. Si Provincias Regno non adjecit? imo vidit illas dismembratas; hæc sunt magis felicitatis Principis, quam bonitatis; neque illi conveniebat destruere ultimam ædificii partem, sine possibilitate conservandi & restaurandi alteram. Si Poloni veram felicitatem cognoscitis, fundite ad Deum ardentem preces, ut sub tam dulci regimine in ævum Maneatis.

IN CAPELLA S. ANDRÆÆ.

**I**OANNES ALBERTUS Rex Poloniæ  
succesit Patri Divo Casimiro de  
Christi Republica, necnon de Regno  
suo

suo bene meritus. Pace & bello clarus, ingenio magno, animo invictus erat, rei bellicæ miles ejus ingenii consultor & testis fuit, novem annis avitum & Paternum Regnum tenuit; annos agens quartum & quadragesimum Thorunii 17. Junii Anno 1501. matura morte periit. Relictis post se Fratribus, magno Vladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege, Alexandro Poloniæ Successore. Regina Mater ex longa stirpe Imperatorum quæ Filia Regis, Soror, Uxor, & Mater erat, Charissimo filio & bene merenti cum altero Filio Sigismundo Duce hoc sepulchrum posuit.

JOANNE CHOINSKI Viro Consultissimo qui primo Episcopi Cracoviensis Cancellarius, Archidiaconus,  
mox



mox Regius Secretarius; deinde Episcopus Premyslien: hinc Plocen: postremo Cancellarius Regni & Episcopus Cracoviensis factus in comitiis Piotrcovien: extinctus est 1538. 2. die Martii Annos natus 51.

ALEXANDER de Brzezie BRZESKI  
Canonicus Cracovien: Archidiaconus  
Zawichost: S. R. M. Secretarius. Ob  
virtutem, ingenium, & Sacri pecu-  
lii diligentem curam tribus Cathe-  
dræ Cracovien: Præsulibus carus. Ec-  
clesiæ, amicis, pauperibus, opera,  
consilio, liberalitate commodus, non  
prius bene agere quam vivere desiit.  
Mortuus verò ad ejus pedes sepeli-  
ri voluit, cujus beneficio in hac Ec-  
clesiâ titulos consecutus fuit. Con-  
sumptus labore magis quam morbo  
Anno Christi 1650. quarto Calendas  
Maji ætatis 57. D. O. M.

)( 64 )(

D. O. M.

Hoc tumulo mortales exuvias Ad-  
modum Reverendus Dominus **LUCAS**  
**PRUSKI** Canonicus Cracoviensis de-  
posuit. Qui dum virtutem cum pie-  
tate conjunctam in omni Vita secu-  
tus fuisset, Senili ætati etiam adjecit  
ornamenta; ut prisco candore &  
humanitatis Officiis cum optimo quo-  
que certaret, qui legis hæc piis Ma-  
nibus beatam precare immortalitatem  
quam dum ipse esset mortalis omni-  
bus anteposuit felicitatibus. Vixit  
Annos 72. Obiit die 7. Men: Augusti  
1643.

D. O. M.

Memoriæ nunquam morituræ Jll:  
& Adm: Rdi D. **GEORGII GORCZYCKI**  
Canonici Scab: Pænitentiarii & Ca-  
pel-

pellæ Magistri, ab omnibus gemma Sacerdotum vocati: doctrina & pietate præditi, obsequiis ad hanc Ecclesiam Cathedralem, necnon Diæcesis consumpti. Obiit Anno Domini 1734. die 30. Aprilis.

Viator! Virtutes commirare & defuncto requiem æternam precare.

D. O. M.

Piæ Memorix ANDRÆ OLSZOWSKI Canonico Cracovien: Gloriæ Dei, ferventi zelo addicto, Ordini devotionis & Sacris Ceremoniis piè intento, Statutorum Capituli observandorum sollicito, exemplari vita, rectitudine morum, & comitate omnibus caro, recusatis Episcopatibus, erogatis ad cultum Divinum & pauperes bonis, Anno ætatis 82. die 2. Aprilis vita functo Execut: Testamenti posuere.

E

D. O. M.

D. O. M.

Hic jacet SAMUEL CASIMIRUS  
SZWYKOWSKI Canonicus Cracovien:  
Scholasticus Vislicen: Præpositus  
Szczepan: fretus multitudine mise-  
ricordiarum Divinarum, tum interces-  
sione B. Jmmaculatæ Conceptæ V.  
M. & omnium SS. præcipue Patro-  
norum suorum, resurrectionem mortu-  
orum quam firmiter credidit, fiduci-  
aliter expectat natus; Obiit Anno Do-  
mini 1752. die 28. Aprilis ætat: suæ 84.

IN CAPELLA JNNOCENTIUM.

*luka*  
Ossa Servi Dei JOANNIS GROTHO-  
NIS Episcopi Cracovien: Anno Do-  
mini 1732. hic recondita in opinione  
Sanctitatis. Obiit Anno Dni. 1342.

Jllustris & M. Dominus VALEN-  
TINUS DEBINSKI in Debiany, Castel-  
la-

Ianus Cracovien: Capitaneus Varten:  
in hoc sepulchro reconditus ja-  
cet. Qui avita Religione, pietateque  
in Patriam præstans, & meritis in  
Rempublicam clarus fuit, & ad hanc  
summam dignitatem per omnes ho-  
norum gradus virtute pervenit. Pri-  
mum quidem sub Sigismundo primo  
Rege variis muneribus perfunctus est.  
Deinde verò sub Augusto Sigismundi  
Filio aulæ Referendarius. Sandecen:  
ac postea Biecen: Castellanus fuit;  
quo loco cum fidem industriamque  
suam probâisset, multis Præfecturis  
auctus, primum Thesaurarius, demum  
Regni Cancellarius est factus. Tan-  
dem hoc Magistratu in senectute depo-  
sito, Castellanus Cracovien: specta-  
batur. Jam vero cum per omnem  
vitam ita vixisset; ut plurimis maxi-

me carus , molestus esset nemini. Sa-  
tur vitæ , atque gloriæ : non paucis  
susceptis ex tribus uxoribus liberis  
( quorum commoda & ornamenta  
cumulavit ) extremum Crac: clau-  
sit diem. Annos natus plus minus  
80. Anno a Christo nato 1584. die  
16. Octobris.

BARBARA GOSSAWSKA de Bebel-  
no conjux fida & doloris plena de-  
sideratissimo marito conjugalis amo-  
ris monumentum fieri fecit.

D. O. M.

ANDREÆ Gente ZALUSCIO Flo-  
censi , Luceoriensi, Culmensi, Craco-  
viensi successive Episcopo, Cancel-  
lario Regni , Senatori Pastoratu , Ma-  
gistratu , sensu nemini secundo , Viro-  
que per omnia eruditissimo , omni-  
bus

bus curis quam annis consummate  
ætatis 63. die 16. Decembris 1758.

Tu qui legis! Manes honora fu-  
spirio sectare exemplo, memento  
mori.

EX OPPOSITO SS. CIBORII.

MAUSOLEA REGUM MICHAELIS & JOANNIS TER-  
TII, QUORUM EPITAPHIA ALIO LOCO CON-  
SCRIPTA SUNT.

D. O. M.

**T**HOMAS OBORSKI Episcopus Lao-  
dicens: Suffrag: & Canonicus  
Cracovien: J. U. D. ad hanc aram  
Crucis in qua quotidie sacris operan-  
do Spiritum Deo offerebat, etiam  
quod mortale habuit deponi iussit.  
Virtutes quotquot erant, qui eas tam  
in vivo quam in mortuo laudare nite-  
bantur; vix enumerare sufficiebant,  
&

& quid quid de his, sive dicto, sive scripto pronunciarunt, minora merito asseruerunt. Qui non tam titulis & Infula Episcopali, quam zelo Dei fulgebatur, desideria sua non alibi quam in latere Christi deponens. In hoc Viro prisca aevi Pontificum, pietatem, Sanctimoniam, candorem, humilitatem laborumque tolerantiam restitutam, Ecclesia suum tempus vidit. In Suffraganeatu 30. annorum curriculo unico contentus Christi patrimonio, hoc singulare pii sui laboris reliquit testimonium.

Ordinationes Sacras fecit 158. quibus Presbyteros creavit 2185. Sacravit Ecclesias 143. Altaria fixa 705. Altaria portalia 1000. Calices 1757. Consecravit Episcopos sex. Obiit Anno Domini 1645. die 3. Julii



lii ætatis suæ 74. multis bene de vi-  
ta & obitu opinantibus. Nicolaus  
Oborski Canonicus Cracovien: Ne-  
pces Patruo suo desideratissimo &  
Executor posuit Anno Domini 1646.

D. O. M.

JOANNI SELINGIO Vratislavien:  
Canonico Viro pio, literato, & qui  
in rebus humanis tranquillitatem ani-  
mi, summum bonum esse putabat,  
eaque de causa, alienus ab omni am-  
bitione: ita semper vixit, ut nemini  
molestus, omnibus gratus ac jucun-  
dus esset. Andreas Przechlowski &  
Petrus Myszkowski Canonici Cra-  
coviens: amico & fodali posuere 1552.

---

D. O. M.

D. O. M.

CELSISSIMO COMITI GEORGIO VANDALINO MNISZECH CASTELLANO CRA-COVIE: EQUITI AQUILÆ ALBÆ & SANCTI ANDREÆ.

Capitulum istius Cathedræ cum suo Principe Episcopo lapidem hunc posuerunt.

Pignus & monumentum immortalis memoriæ  
Perennisque erga mortuum observantiæ.  
Muneribus gestis fuit inclyta vita Georgi  
Fama, opibus, meritis, nobilitate, Toro,  
Quæ bona rara Deus, quæ splēdida Patria, Reges  
Quæ dant, larga illi contribuere manu.  
Ille Augustalis comitatus præter in Aula  
Multiplicis summus Præses & Ipse Fori,  
Ille Senatorum Regni frons prima Poloni  
Summa sui Generis Gloria, Gentis amor.  
Hosce tamen primos quāvis sit adeptus Honores  
Nihil in vita habuit Religione prius,  
Hanc primum coluit Patriam, Regesque fecundū

Nec

Nec se deseruit , nec sua , neque suos.  
Postposuit meritis Titulos, virtutibusq; aurum,  
Antetulit propriis publica quæque bonis ,  
Satque Deo, sibi sat vixit: satis omnibus ille  
Mortuus ut vivat: tempus in omne Polo.  
Religio, Columnen, Decus immortale Senatus  
Patria mæsta , Patrem flet Domus alta Jubar  
Roma suos Fabios, Decios, canat atque Catones.  
Hic Fabius , Deciusque , hic Cato noster erat.

*M 780.*

IN CAPELLA CIBORII.

VIRTUTI & HONORI.

Jllustrissimi DD. Gabrielis Comi-  
tis a Tarnow Ge: Capit: Cracovien:  
multorum Exercitus Poloni Impe-  
rator, plurium Patriæ Senator Ne-  
poti, Pronepoti, Abnepoti. Quem  
dum Religio Catholica, propugnato-  
rem acerrimum, Patria Civem opti-  
mum, Familiæ Religiosæ defensorem,  
ac Mecænatem munificentissimum,

Jura

Jura legesque vindicem justissimum  
suum esse asserunt. Sub Leges vo-  
cavit mors suas.

Fida conjux Catharina de War-  
szyce primum in Ecclesia Solecen:  
Heroos deinde Cineres Heroas inter  
magno Regesque, olim Regum stu-  
diosi: Mariti, monumentum posuit.  
Anniversarium Sacro Prælatorum Col-  
legio, & Sacerdotem perpetuum fun-  
davit. Die 23. Augusti Anno 1632.

D. O. M.

ALBERTUS SEREBRYSKI Cracovien:  
Tar: Canonicus Secretarius Regius,  
Divini cultus propagator inexhau-  
stus. Post Sacellum istud intus fo-  
risque marmore vestitum, aurea Pixi-  
de, Tabernaculo & tabula anteriore  
Altaris ac Candelabris ex solido ar-  
gen-

gēto ornatum, dotatum, ditatum.  
Inter indefessa pietatis opera animam  
Deo exhalavit Remuneratori. Die  
28. Decembris Anno Christi 1649.

D. O. M.

STEPHANO BATHOREO REGI POLONIÆ  
Pacis Bellique artibus magno,  
Justo, Pio, felici Victori,  
Livoniæ, Polociæq; de Mosch: vindici.  
Anna Jagiellonia Regina Poloniæ  
Præstantifs: conjugi M. F. C. 1595.  
Obiit pridie Idus Decembris 1586.  
Reg: an: 10. Men: 7. dies 12. nat: 50.

D. O. M.

Reverendissimo D. PAULO DEMB-  
SKI D. G. Episcopo Laodicen: Suf-  
fraganeo Canonico Vicario & Offi-  
ciali Generali Cracovien: antiquæ vir-  
tutis

tutis & fidei Viro , avitæ Religionis cultori ferventissimo , in eaque promovenda laboris patientissimo , in munere Administratoris rite obeundo , quo ille ter Sede vacante strenne functus est , felicifs: in amicitia & hospitalitate colenda non minus constanti quam sincero : ob alias denique eximias ejus virtutes , & præclaras animi dotes omnibus charissimo & unice amando ; qui magno fui desiderio obiit , annum agens 79. & Menses 8. A. D. 1613. die ultima Februarii. Executores hoc monumentum poni curaverunt.

D. O. M.

R. D. PAULUS GARLINSKI Cracovien: Vladislavien: Canonicus Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius.

Na-

Naturæ & fortunæ ornamentis clarus.  
Vir ætate & moribus antiquis gravis.  
In bono Ecclesiæ tuëdo tam fortis quã prudens.  
In Judiciis Tribun: Reg: Judex æquus.  
Comitate & humanitate omnibus charus.  
Cujus mortalitas non vita finita.

Ad quam piè accessit, ac Avunculo hic appositus, in Domino requiescit. Obiit 16. Martii Anno 1634.

D. O. M.

Et Memorix Jlluf: D. CATHARINÆ de Warszyce ZEBRZYDOWSKA, vetustæ Stirpis Habdancorum, insigni virtutum Matronæ. Que primis Nuptiis Jllustr: D. Comiti a Tarnow Generali Cracovien: Capitaneo, ad secunda transiens matrimonii Vota, Jllustr: D. a Zebrzydowice Ensifero Regni, Novæ Civitatis Corcinensi & Lanckoron: Capitaneo juncta fuit.

fuit. In Religione Catholica pietatis  
avitæ reliquit monumentum. Eccle-  
siam Radimicensem muro constru-  
ctam, tum & Altare hujus Sacelli bi-  
na fundatione census auctum, tumu-  
lumque sibi vivens adornavit; illatis  
hunc in locum e Templo Solecensi  
prioris Mariti Ofsibus. Vixit sine li-  
beris, mortua ætate immatura, ma-  
gno suarum virtutum desiderio reli-  
cto. Cracoviæ 1633. die 23. Mensis  
Junii. Fratres Mæstifsimi Sorori opti-  
mæ posuerunt.

IN CAPELLA GROCHOVIANA.

GAMRATUM Regina potens BONA SFORTIA Pe-  
Cracoviæ & Gnesnæ Pontificem statuit: (trum)  
Sarmatici, dum vixit, erat Pater ille Senatus  
Hoc vita functo Publica res tepuit:  
Extincto ac vivo favit pia Bona, videte  
Quæ titulos dederat, hæc dedit & tumulum.



Quisquis Virtutem, Religionem, Patriam amas, hic subsiste. Conditorium hoc, mortales exuvias Matthiæ de Poniadowo PONIATOWSKI Stemmata Sreniawa Decani Cracovien: Abbati Tinecen: Referendarii Regni claudit. Incorrupti animi Virum, maximis rebus ubique parem, insigne Sacerdotalis vitæ exemplum, qui magno Patriæ, Ecclesiæ, amicorum bono, & Ornamento naturæ cum annis 57. piè ac religiose vixisset, Idibus Februarii Anno 1660. non sine bonorum lachrymis decessit: Virtute, factis, meritis, immortalis.

D. O. M.

GEORGIO de Grochowie GROCHOWSKI Gente Junosius, Decanus  
Præ-

Præmyslien: Præposit: Luceorien:  
Canon: Crac: Sacræ Regiæ Majesta-  
tis Secretarius hoc Sacellum anti-  
quo situ deforme Marmoreo opere  
ex toto exornari curavit, & quatu-  
or Missarum singulis septimanis per-  
petuo dicendarum dotatione auxit,  
atque vivens isto loco sepulchrum  
sibi parari fecit, in quo post fata  
quiesceret. Anno 1659. Diebus ult:  
Julii Præm: mortuus, & sepultus pe-  
nes Sacristiam.

D. T. O. M.

JOSEPHUS ROGALLI Gente Varmien:  
Canonicus Cracovien: Custos Kielc:  
in Deum, in proximum, in Eccle-  
sias, pius, misericors, liberalis, Re-  
demptoris sui memoriam recolens,  
de Passione Christi in hac Eccle-  
sia,

sia, de Sanctissimo Sacramento in Kielcen: Missas perpetuo cantandas fundavit, Ecclesiam Sancti Adalberti, Dolorosæ Matris, Sacellum Kielciis a fundamentis erexit. Jzensem Parochialem igne absumptam refecit, ornavit, dotavit. Animæ quoque suæ prospicere volens, ex censu super Domo ad Portam Castren: non mediocri sumptu constructa, Anniversarium constituit.

Vir senio, & Vitæ Sanctitate Venerabilis, octuagenario major 1765. Novembris 12. obiit.

D. O. M.

Hoc frontis honore & grato pondere supercillii cultuque Pastoralis Trabeæ insignibus radiante fulsit.

ANDREAS TRZEBICKI Episcopus Cra-

F

co-

covien: Dux Severiæ. Qui post exercitam Virtutis & sapientiæ Studiis illustrem Romæ indolem, admotus supræmis Aulæ Officiis Majestatis Pólonæ, in centuriatis Rom: Imperii Comitibus magnus assertor, Procancellarius Regni ad Senatorem Præsulemque Purpuram evectus, Electoralis Regum Lechiæ Campi, vacua tunc Primatiali Sede, moderator & Præses. Totius Sarmatiæ os & lingua factus Magnum Joannem Tertium Regem dixit.

Perpetua illi in rebus Patriæ adversis & difficillimis temporibus constantia, invictaque animi firmitudo ac sublimitas plane incomparabilis, mirum severitatis ac mansuetudinis temperamentum, cuncta in exemplum & venerationem composita. Inter ardua

dua Consiliorum ubi nodus Gordius,  
ibi ille Macedo & Ensis. Pro Deo,  
religione, Ecclesia murus Acheneus.  
Antiqui moris, & disciplinæ Cleri con-  
tra labem sæculi vindex & stator.  
Inter Majestatis & Libertatis disci-  
mina raram innocentiae pacatæque  
è voto Publico Patriæ laudem, Anno  
1666. primus ac præcipuus tulit. In-  
volucra mentium exosus, niveum pe-  
ctus lucidumque interioris vitæ cry-  
stallum Gentili Cygno suo concol-  
rem unice adamavit. Plenus ingeri-  
tibus in Patriam, Ecclesiam paupe-  
res, meritis, profusa in omnes ulti-  
mis suis tabulis munificentia, septua-  
genario major æternitatem ingressus.  
Anno 1679. die 28. Decembris.

Gratus Nepos GASPAR CIENSKI  
Decanus Crac: Avunculo suo posuit.

D. O. M.

NICOLAUS de Obory OBORSKI  
Episcopus Laodicen: Saffraganeus,  
Scholasticus, Vicarius in Spirituali-  
bus & Officialis Generalis Cracovien:

Ex Jllustri ac pervetusto Colu-  
mnarum sangvine pro minimo repu-  
tans sublimi loco nasci. Amplissima  
virtutum, ac meritorum decora su-  
blimiori pietati conjunxit. In Deum,  
Ecclesiam, Reges, Clerum, Diæce-  
sim, & Basilicam hanc, pietate,  
zelo, fide, exemplo, obsequio &  
libaralitate, celeberrimus. Inter ar-  
dua trium vigilantissimorum Jllustrif-  
simorum Cathedræ hujus Antistitum  
Petri Gebicki, Andreae Trzebicki,  
Joannis Małachowski, amplissimæ hu-  
jus Diæcesis Negotia, paterno regi-  
mine

mine & vigilantia cura conspicuus. Recusata Archiepiscopatus Leopoliensis dignitate, totus in Cleri disciplinam, Sacra Instituta, piasque elemosynas effusus. Dum omnes Consiliis, meritis, exemplo, ære, & invincibili charitate juvat, defendit, relevat & complectitur, inter curas bono publico impensas plenus dierum, ac meritorum, ad plenitudinem æternæ mercedis die 16. Mensis Aprilis Anno 1689. evocatur, ætatis 78. Sacerdotii 55. Episc: 31.

MAUSOLEUM VLADISLAI LOCTICI

**Q**ui sic dictus, quod pusillus esset, recedens Regno & Throno Anno 1299. Romam ignoto habitu petiit, ibique a Christiani Nominis Capite melius sapere didicit, fa-  
ni-

niusque hausit ingenium, meritis ea-  
propter, ut iterato summo consensu  
Anno 1306. inauguraretur: & cum  
Hedvige conjuge Insignia Regni su-  
sciperet Anno 1320. Singulari pru-  
dentia civilia sustinuit bella, & su-  
peravit, Crucigeros Poloniam va-  
stantes expugnavit, & vicit. Sile-  
sios hostes quinquaginta Arcibus spo-  
liavit. Reliquit Casimirum Filium  
Successorem Regni, qui magni No-  
men meruit. E vita migravit Anno  
1333. Hic primus Regum Poloniae se-  
pulchrum sibi in hac Ecclesia elegit.  
Cum templum istud visitaverat, Ca-  
rolus Gustavus Rex Svecorum, qui  
bellum agens cum Joanne Casimiro,  
Cracoviam expugnavit & Casimirum  
ad commorandum extra Regnum ad-  
strinxit. Tunc Starowolski Canoni-  
cus



cus Cracovien: Regi Carolo pro Conductore ferviens, ad Mausoleum Vladislai Loctici dixit: hic Rex post expulsionem e Regno, iterum Throno restitutus est; ad hæc Carolus: sed vester Casimirus non restituetur. Starowolski verò summa cum reverentia reposuit: Deus Mirabilis, Fortuna variabilis, quodque eventus probavit.

IN CHORO MINORI  
ANTE MAJUS ALTARE

HEDVIGIS LUDOVICÆ & Hungariæ  
& Poloniæ Regis Filia, Casimiri Magni Neptis, Vladislai Jagiellonis Uxor.

Obiit Anno Domini 1399. A tergo hujus marmoris ultimum expectat diem.

---

Hoc

HOC OPUS, FRIDERICO CARDINALI,  
CASIMIRI FILIO.

Qui quinque & triginta exactis an-  
nis 1503. Martii 14. obiit. Fratri Cha-  
rissimo D. SIGISMUNDUS REX Polo-  
niæ pientissimus posuit. Ab Incar-  
natione Domini 1510.

Hic Federicus adest Casimiri Clara propago  
Regis, & Augustæ spes erat alta Domus:  
Namque Sacer culmen Cardo venisset in altum,  
Ni tantum raperet mors properata decus:  
Sed dum Sæva tamen voluit fortuna nocere,  
Profuit, humanis celsit, & Astra tenet.

CORPUS PETRI GEBICKI Gente  
Nalencii Episcopi Cracovien: hic re-  
quiescit. Obiit meritis plenus & glo-  
ria Anno Domini 1657. die 14. Julii.

---

EXTRA CHORUM

D. O. M.

ÆTERNÆ MEMORIÆ

LUDOVICI a Słupow SZEMBEK majoris Secretarii Regni, Crac: Varmien: Canonici. Si genus requiris? magnum & illustre est Comitum Imperii a Shombek per suos Aborigines, propago Francisci Castellani Camenec: & Annæ a Rupniow Filius, Stanislai Primatis Regni, Christophori Episcopi & Principis Varmiensis, Michàélis Decani & Suffraganei Cracovien: Joannis Cancellarii Regni, Alexandri Palatini Siradien: Præclai Castellani Voynicen: Francisci Dapiferi Regni germanus Frater. Christophori Episcopi Vladislaviensis, Francisci Vislicensis, Petri Oswiecim: Castellanorum. Antonii

tonii Palatinatus Cracovien: Succame-  
rarii Patruelis & aliorum Procerum  
Patruus aut Nepos. Si Virtutem? hæc  
nullibi clarius luxit. Totum se vidit  
in uno Subjecto. Si eruditionem? hæc  
in celeberrimis Universitatibus col-  
lecta claruit.

Exterorum delicias vidit non fensit  
Ubique moribus innocens.

Redux ad Patriam, honores de  
se certantes invenit; Sacros tamen  
admisit. Quibus Judex in Tribunali-  
bus justus effulsit. His dotibus præ-  
cellens, Augusto secundo Poloniæ Re-  
gi fuit gratissimus. Si tantus in vi-  
ridi, quantus futurus erat in arido?  
multa paucis. Forte immaturæ mor-  
tis præsciis, in brevi explevit tem-  
pora multa. Sepultus in hac Basi-  
lica 3. Nonas Junii Anno Dni 1710,  
Cui

Cui hoc lugubre monumentum fraternus amor Episcopi & Principis Varmiensis posuit.

D. O. M.

HYACINTHO ŁOPACKI

Sacræ T. & Medicinæ Doctori  
istius Cathedræ Canonico, ad Sanctam Mariam in Foro Archipresbytero, Sandomirien: Decano, meritis de Æde hac Sacra aliisque, de Urbe ac Civibus conspicuo. Qui iudicium suum, Procerum Consiliis, vires ac dotes, strenuis in rem Ecclesiæ laboribus, opes Templorum ornamento, & pauperum subsidio, ætatem honestati, vitam Religioni, mortem pietati consecravit. Corpus quidem suum ad B. V. M. in Circulo sepeliri, ubi uberiores ejus laudes in  
du-

duplici extant Epitaphio. At beneficia sua plurima in Templo collocari fecit.

Permultis titulo monumentis

Hoc Grati animi Causa

Suo Confratri Charissimo.

Memor beneficiorum Capitulum  
posuit. Anno Dni 1766. die 16. Aprilis.

IN CAPELLA ZEBRZYDOVIANA.

Rdmo in Xsto Patri Domino AN-  
DREÆ ZEBRZYDOVIO de Vianczborg Dei  
gratia Episcopo Cracovien: Duorum  
sapientissimorum Andreae Cricii Ar-  
chi-Episcopi Gnesnensis, & Petri  
Tomicii Episcopi Cracovien: Nepo-  
ti, magni illius Erasmi Roterodi Di-  
scipulo & Auditori, Viro prudenti, di-  
serto, frugali, sobrio, ac tempera-  
to, de Christi Ecclesia, & de uni-  
versa

versa Republica optime merito.  
Fratres & Executores Domino suo  
liberalissimo mæsti posuere. Moritur  
Września ex Patria Cracovien: re-  
diens Anno Domini 1560. 25. Maji  
ætatis 64. exactis.

D. O. M.

Et derelictæ suorum Memoriam  
NICOLAO Palatino, & Generali  
Cracovien: Duci Exercituum Ma-  
gno. Calvariam & plurimum Fundatori  
munific: tum & Gaspari comiti in  
Vianczborg, Califsien: Palatino, Sta-  
nislao Decano, & Petro hujus Basi-  
licæ Prælati, Zophiam Vitoviam Castell:  
Brzezinensi Zebrzydovius hic sepul-  
tis, Atavis majoribusque fuis. Jose-  
phus Canonicus hoc marmor posuit  
Anno 1675.

EX OPPOSITO SUB ARCADA.

D. O. M.

ANDREAS PEGOWSKI, armis Suli-  
ma Archidiaconus Cracovien: in Ec-  
clesiis Collegiatæ Vislicen: Cantor,  
& Scarbimiri: Scholasticus, Sacræ  
Regiæ Majestatis Secretarius. Par-  
ta singularis eruditionis & prudentiæ  
decora, Publico merito in Aula Re-  
gia prospere impendit. Legationis  
Regiæ ad Augustissimum Ferdinan-  
dum Tertium Imperatorem munere  
Secretarii, & post ad Principem  
Transylvaniæ honorifice perfunctus  
est. Eandem animi dexteritatem Il-  
lustrissimo & Reverendissimo Domino  
Andreæ Trzebicki Episcopo Craco-  
vien: Duci Severiæ in gravioribus  
Negotiis Publicis eidem intimè com-  
missis



missis laudabiliter exhibuit. In Judiciis Tribunalis Regni, constantissimus justitiæ asserter, in Officio suo Ecclesiasticæ Censuræ, & adimplendæ sibi incumbentis sollicitudinis exactissimus cultor. Hæc præclara & alia laudabilia virtutum, dum indefesso studio honori suo, incessanter accumulatur: octuagesimo proximus ad Cælestem Patriam translatus est. Cracoviæ die 22. Mensis Julii Anno Domini 1689.

D. O. M.

Necnon posthumæ ac nunquam intermorituræ memoriæ Prli & Adm Rdi  
D. ANDREÆ PIENKOWSKI Crac: Tarn:  
Canonici. Qui post præclara bellorum facinorum insignia, forensibus studiis exercitus & Juris Patrii scientia

entia egregiè instructus, primum Districtus Terræ Crac: Camerarius Granitialis, & Cancellariæ ejusdem Officii Cracovien: Regens, tandem hujus Ecclesiæ Canonicatu potitus, Tribunalis Regni novies Deputatus. Raro exemplo justitiæ & Jurium Capitularium vindex eximius. In suscipiendis pro bono communi laboribus & oneribus promptissimus, in fustinendis indefesus, in componendis mira dexterritate & prudentia, difficilioribus negotiis frequentissimus. Immortalem Nomini suo gloriam ætate ad ultimum prope senium prosperè provecta asseruit. Demum Novissimorum memor providè sibi suisque consulens, in rem Ecclesiæ non pauca, in subsidium latenti ægestate pressorum multo plura postquam disposuit, ordi-

diavit, obdormivit in Domino. Die  
8. Men: Septembris A. D. 1693. æta-  
tis suæ 78.

IN CAPELLA SKARSZEVIANA.

THOMÆ ROŻNOWSKI Canonico  
Cracovien: quinque Episcoporum Of-  
ficali, viro in omnes Hominum con-  
ditiones justo. Anno Domini 1540.  
21. Januarii mortuo, Executores ex  
pietate posuerunt.

Hoc ego qui quondam fueram de Stirpe creatus  
Rosnorum, condo membra reposita loco.

Cui non consilium deerat non, copia rerum,  
Et nisi mens fallit, fama perennis erit.

D. O. M.

STANISLAO SKARSZEWSKI Schola-  
stico Cracovien: Canonico Plocen-  
si, Viro probitate, prudentia, rerum  
usu, morum gravitate, animi cando-

G

re,

re, humanitate, hospitalitate, in paucis præclaro. Hinc illius amicitiam bonis omnibus obviam Principes Viri plerique ambitiosè quæsita conjunctione coluerunt. Hic titulorum ultro confluentium plerisque expetita fastigia velut fastidians ac generosa moderatione recusans, alienæ virtutis promotioni vacabat. Huic sive ætas, sive fortuna, vitæ solatiique tantum indulsit, ut apprime dilectum ex Sorore Nepotem Amplissimæ hujus Diæcesis Antistitem propè decennio conspexerit, & cum Nepotis ex Fratre sui Filio in Sacrum Basilicæ hujus Ordinem cooptato Avus idem qui & Frater quadriennio vixerit. Obiit Anno Salutis 1625. ætatis 80. Nicolaus Dapifer Sandomirien: Patruï B. M. memor; ingemiscens posuit.

D. O. M.

)( 99 )(

D. O. M.

JOANNES de Kownaty KOMECKI  
Cracovien: Vladislavien: Plocen: Ca-  
nonicus.

Qui multis Ecclesiæ & Regni ob-  
sequiis infatigabilis. Quantum mode-  
stia, sinceritate, liberalitate enituit,  
vitæ tempora testantur. Vixit An-  
nis 67. piè mortuus Anno 1702.

D. O. M.

SEBASTIANO de Kownaty KOME-  
CKI Cracovien: Vladislavien: Cano-  
nico Præposito Sandomirien: Sacræ  
Regiæ Majestatis Secretario.

Qui vetusto Natalium splendori,  
de Armis Slepowron parem animi  
indolem nactus. Domi & apud Ex-  
teros probis Artibus excultus, ob exi-  
miam animi Virtutem, prudentiam,

G 2

dex-

dexteritatem, priscique moris & candoris singularem gratiam, magnis in Republica viris dilectus. Et ad Tribunalia Rgni Judicia sæpius Deputatus, postquam in Canonicatu Vladislavien: 44. in Crac: vero 26. annos præclare exegisset; insigni peculio in varias Ecclesias ultimæ voluntatis Tabulis piè erogato, ad æternæ retributionis abiit Coronam. Obiit Anno Domini 1680. Die 7. Augusti ætatis Anno 68.

IN CAPELLA LIPSCIANA.

D. O. M.

ANDREAS a Lipe LIPSKI per Virtutem, merita, doctrinam, ex minoribus Sacerdotiis ad Episcopatum Luceoriensem, ex Procancellariatu Regni ad Supremum Cancellariatum, ex his ad Cathedram Vladislaviensem,  
inde

inde ad Cracovien: ab hac demum  
& a mortalibus, immortalis suo di-  
midio, ad Cælum. Mortali immor-  
talitatem præstolaturus ad tumulum  
translatus hic quiescit, superstite fa-  
ma, per ea quæ superstes ipse pro  
Ecclesia, Principe, Republica, di-  
xit, fecit, scripsit, obiit Varsaviæ  
die 4. Septembris Anno Dni 1631.  
ætatis suæ 59.

JOANNES ALEXANDER SACRÆ RO-  
MANÆ ECCLESIAE CARDINALIS LIPSKI  
EPISCOPUS CRACOVIE: DUX SEVERIÆ.  
Secundus è Domo sua hoc tumulo  
clauditur. Meritis de Patria & Ec-  
clesia facile primus. Prædecessorem  
suum Andream æquavit Infulis Episc:  
dictis, Regni Pro. & successive Can-  
cellarius, Purpura superavit, SACRÆ  
Ro-

Romanæ Ecclesiæ Cardinalis factus.  
Augusti Tertii & Mariæ Josephæ Re-  
gum Poloniæ Coronator. Obiit Kiel-  
ciis 20. Februarii Anno 1746. æta-  
tis 56.

IN CAPELLA HAC.

Quam ære suo reformari fecit, &  
dote auxit. Diem ultimum expectat.  
Qui legis hæc moriturus ipse, mor-  
tuo precare requiem.

EXTRA CAPELLAM.

D. O. M.

SUBSISTE VIATOR & LEGE.

**M**Armor, hic Ofsa non Nomen  
sepultum fecit BARTHOLOMEI  
SZCZEPKOWSKI Canonici OO. SS.  
Mausolei D. Stanislai & istius Sacelli  
Præbendarii, ac olim V. Capituli Cra-  
coviensis Vice-Procuratoris. Qui Of-  
fici-



ficium hoc raro exemplo, & magna prudentiæ laude, ita administravit: ut omnibus carus esset, Senectam natus honestam, posthac abdicatis omnibus Negotiis, totus soli Deo vacabat. Cumque in Religiosos & egentes, liberalitate magnus fuisset, major ne esset, mors invidit. Sacramentis itaque Catholico Ritu munitus, funus caris sibi omnibus, animam Cælo committens, inter manus amicorum ( ut vivat ) piè obiit Anno Domini 1664. Die 25. Decembris.

Reverendo JACOBO GORSKI J. U. D. Archidiacono Gnesnensi, Canonico & Archipresbytero Cracov: Universitatis Profefiori, Pro-Cancellarioque celeberrimo ac ejusdem octies Reçtori diligentissimo. Discipulo-

lorum copia clarissimo, scriptori disertissimo, ac propterea M. Regi Stephano charissimo. Testamenti Curatores & amici precati Requiem æternam hoc monumentum posuere. Anno Domini 1585. die 17. Junii.

D. O. M.

Reverendo Domino LUCÆ Doctori Theologo, Canonico Cracov: Præposito Osvecimen: Cardinalis Maciejovii Episc: Cracovien: Auditori, Epistolæ Pastoralis Romana censura approbatæ Scriptori. Qui cum omnem substantiam ex magno vectigali parsimoniam collectam, in pios ac pauperum usus, fide Capitulo Cracovien: dispensandam reliquisset; Consilio Salvatoris fecit sibi amicos, qui illam reciperent in æterna Tabernacula.

cula. Obiit prope Octuagenarius Anno Domini 1634. die 14. Februarii  
Executores Testamenti mmp.

D. O. M.

Prli & Adm Rndo Domino CHRISTOPHORO a Chronow CHRONOWSKI  
Cracovien: Sandomirien: Canonico,  
Scholastico Kielcensi, S. R. M. Secretario,  
Viro in Aula Regia apud Illustrissimos Heroes ob ingenii præstantiam,  
& in agendo dexteritatem, boni & clari Nominis. Quem lustra  
per quinque Illustrissimus & Reverendissimus D. Andreas Trzebicki,  
Episcopus Cracovien: Dux Severiæ, Senator de Republica difficilimis  
temporibus meritissimus, tantopere in pretio habuit, quod nullius Officiis  
frequentius, familiarius, intimius egeret.

ret. Curiae Episcopalis & in ea Gasæ arbitrium, custodiam, fidem, moderamen, crederet. Ast o fragiles humanas spes! Vir Ecclesiastes probus, nemini gravis; in arduis infractus, in medio cursu Honorum: dum Præfulis sui beneficentissimi extremæ voluntatis destinata sollicita cura exequi adproperat; morbi malignitate Vitæ stamina rupit, & 4to post funera ejusdem mense in Sarcophagum delatus est. Anno Domini 1680. die ultima Aprilis ætatis 52.

DOMINICUS KIELCZEWSKI Episc:  
Hermopolitanus, & Suffraganeus Hel-  
mensis, Ecclesiæ hujus Canonicus,  
Łowicien: & Kielcen: Collegiatarum  
ac Parochialis Oswecim: Præpositus.  
Vir literis excultus, qui dudum Chri-  
sto-

stophoro Szembek Primati Regni familiaris & ad Latus Auditor Generalis; tum decedenti ultimæ voluntatis Executor. Dum ab Andrea Załuski Episcopo Cracovien: ad simile munus Jurisdictionis primum coassumptus, & inpost Vicarius Generalis Cracovien: constitutus, plurimis in Publico Officiis gloriose functus & præcipuè circa compositionem inter Status in congressu Constitutione Anni 1764. ordinato, Jurium & Privilegiorum Ecclesiastici Status moderator fuit. Intra perturbatam Regni tranquillitatem sevientem adverso milite, Ecclesiæ huic & Capitulo, ad avertenda pericula plurimum inserivit. Demum ætate vitæ suæ ad Annos 78. perducta, plenus Virtutum ac meritorum occubuit. Anno

1776. Die 28. Februarii. Et in Capella Maciejoviana his proxima sepultus est. Cujus Manibus ad perennem memoriam & excitanda piorum Suffragia, mæsta Familia una cum Testamentariis Executoribus posuere.

Hic Situs est.

ERASMUS KRETKOWSKI Archidiaconus & Officialis Generalis Cracovien: obtentis majoribus Honoribus, si Virtutis & laboris præmium quod olim fuisset. Sed heus ! Sacerdos, vide & imitare. Innocentia & candore, agere & pati pro Ecclesia, nihil ambire, in Tribunali æquum esse, amicorum mores nosse, & odisse, ubi & quando opus erat. Huic cum ultimum vale dixisti, præmium

Im-

Immortalitatis precare. Obiit Anno 1639. Die 19. Novembris ætatis 44. Illustrissimus & Reverendissimus Jacobus Zadzik humanis exempto per suos Executores poni fecit.

D. O. M.

ET MEMORIÆ AC HONORI.

JOANNIS ADAMI a Komorow Komorowski Abbatiae Wąchocen: Administrat: Canonici Cracovien: Andreæ Lipski olim ejusdem Cathedræ Episcopi, ex Sorore Nepoti. Quem si fata non prævenissent, Virtus, dexteritas, prudentia, Principis gratia, in summo Ecclesiæ, Patriæ, honoris gradu brevi collocasset. Pietate insignis, doctrina solidus, vita & moribus integerrimus, minoris Cancellariæ Regni Regens, summorum,

rum, parium, infimorumque amicitia  
florentissimus. Trigesimum quintum  
agens Annum invidiæ telo aggressus;  
post magnam morborum congeriem,  
vim Fatorum ineffabilem moriens do-  
cuit. Anno Domini 1647. die 5. Octo-  
bris obiit.

ZAMOSCI F U N E R A T O.

HIACYNTHUS de MICHALOW S. R.  
M. Aulicus viventis amantissimus, de-  
functo mæstissimus amoris ergo po-  
ni iussit.

R. & Clarissimo Viro D. LUCÆ  
PODOSKI Præposito Gnesnensi, Ca-  
nonico Cracovien: S. R. M. Secre-  
tario ingenio, doctrina, prudentia,  
dexteritate, morum elegantia cum  
gravitate spectatissimo. Ideoque Se-  
re-



renissimorum Regum Sigismundi Augusti & Stephani, apud invictissimos Imperatores Romanos Maximilianum Secundum, & Rudolfum Secundum, ter Nuntio. In Negotiis peragendis, efficacis: monumentum. Requiescat in pace Amen. Anno Domini 1584.

Reverendo D. MARTINO ZYDOWSKI Gnesnen: Cracovien: Canonico modesto, pio, miti, & industrioso Viro Anno Domini 1572. Die 10. Junii ætatis suæ 50. ex hac vita sublato. Amicus confrater & Executor mæstus conjunctissimo amico posuit.

IN CAPELLA MACIEJOVIANA.

SAMUELI MACIEJOWSKI Cracov: Episcopo, Regni Poloniæ Cancellario. Viro omnium Sæculorum memoria

moriam dignissimo. Qui præter excellentem in omni genere virtutum præstantiam, ac multas præclaras animi ingenique dotes; hac infelicitate temporum, non modo veterem Dei O. M. Religionem ac dignitatem Ordinis Ecclesiastici, verum etiam totius Reipublicæ tranquillitatem, consilio, prudentia, ac integritate sua sustinuit. Curatores Testamenti Patrono B. Mer: posuerunt 1552. vixit Annos 52. moritur Anno Domini 1550. die 25. Octobris.

HEUS VIATOR!

MIRARE ANTE ANNOS SENECTUTEM.

PETRUS STUDZINSKI Canonicus Cracovien: Archidiaconus Zawichosten: pietate, prudentia, vitæ integritate, canitiem rugosque superavit. Hinc

Ec-

Ecclesie utilis, Collegis amabilis,  
amicis desiderabilis, omnibus deni-  
que charus, transivit ad mortem An-  
no Salutis 1616. Septembris 2. æta-  
tis 37. Tu viator meditare, an com-  
modus sit mortem transire ad nos,  
vel nos ad eam?

J E S U M A R I A !

JOANNES FRYDRYCHOWSKI Craco-  
vien: Sandomirien: Canonicus S. R.  
Mtis Secretarius. Nobilitatem gene-  
ris pia Virtute auctam, dum ubique  
probat, Regi, summisque Viris gra-  
tus; & quia humanitate eleganti o-  
mnes devinciebat, ab omnibus pro  
deliciis habitus est, soli morti, cu-  
jus vi immature abreptus, charusne  
an invisus? dicat qui sapit. Huic  
sat est, quod placeat Superis. Tu

H

Le-

Lector Vivo si longiorem optabas  
vitam? Mortuo æternam apprecare  
Requiem. Qui Annis 56. exactis 18.  
Decembris Anno Jubilæi 1625. eheu!  
moritur.

CAPELA S. STANISLAI.  
IN MEDIO AD LATUS EVANGELII.

JOANNES de Malachovice MALA-  
CHOWSKI Episcopus Cracovien<sup>sis</sup> Dux  
Severia. Sub hoc tumulo, quod vi-  
vus sibi erexit, vitæ mortisque discri-  
men conjunxit.

JOANNIS CASIMIRI, MICHAELIS,  
JOANNIS III. Trium Poloniae Regum  
Referendarius, Pro-Cancellarius &  
Senator. In gradu hoc Honorum in-  
æquali, æqualem in Reges fidem,  
in Patriam amorem, in Religionem  
zelum, conservavit.

Apo-

Apostolici PP. Missionariorum  
Collegii ad Cracoviam, & Sancti-  
monialium a Visitatione ex asse Fun-  
dator. Aliam vero suæ liberalitatis  
profusionem, ab hominum abscondit  
oculis, ut Deo palam faceret.

Hac arcana pietatis <sup>una</sup> claritudine  
meruit, ut Alexandri VIII. Pontifi-  
cis maximi Legatus a latere magnus,  
pro Comitibus generalibus vox claman-  
tis contra Turcam designaretur. Re-  
liquos dierum ejus grati non tace-  
bunt Annales. Tu quisquis es, tantis  
Virtutibus, propius, si vivit, longius  
ævum, si mortuus est, requiem æter-  
nam precare sepulto. Monumentum  
hoc dubiæ adhuc mortalitati Anno Sa-  
lutis 1693. Mense Decembri die 27.  
ætatis vero suæ 69. Anno finito po-  
situm.

D. O. M.

A C M E M O R I Æ.

MARTINI SZYSZKOWSKI Episcopi  
Cracovien: Ducis Severiæ qui vixit  
Cælo, Sponsæ, Patriæ, muneri, Vir-  
tuti, naturæ. Atque sat quidem bo-  
no communi bonorumque usibus na-  
tus. Otiosus nunquam, nusquam in-  
utilis.

M A G N U S U B I Q U E.

Consilia, res gestæ, monumenta,  
merita, exempla, fama, mortuus ut  
moriatur, non permittunt. Altera ejus  
pars ad Divi Tutelaræ busta sita est.  
Alteri quæ nobilior, ut bene sit, vos  
apprecemini mortales. Obiit Salutis  
Anno 1630. ætatis 74. pridie Calen:  
Maji. Nicolaus Abbatæ Czerven: Ad-

mi-

ministrator, Secretarius Regni major,  
Patruo bene merito posuit.

D. O. M.

Piis Manibus STANISLAI RUDZKI,  
Canonici Cracovien: Præpositi Visli-  
cen: probi, prudentis, industriosi viri,  
qui apud Martinum Szyszcovium Epi-  
scopum Cracovien: æconomico quæ-  
storioque munere rara fide perfun-  
ctus, cum testatæ solertiæ ductu,  
Sacri Basiliani Collegii rem pro-  
curandam suscepisset, in ipso cura-  
rum aditu, expectatione omnium præ-  
clusa, fatis urgentibus celsit: sci-  
licet insidiosæ morti. Nec Corpo-  
ris habitudo firma, nec ætatis ma-  
turefcentis viror, nec mortalium vo-  
ta, obsistere queunt.

Heus spectator! Fato te para,  
præ-

præstoque sis; & nihil habe non suspectum. Migravit Anno Salutis 1631. 20. Januarii ætatis 45.

Reverendo Domino ANDREÆ CIEKLINSKI Canonico Cracovien: Præposito Visnicensi, z Habdanka Scarbeciorum Gente antiquissimo progenito. Viro integerrimo, pio, magnanimo, multisque animi & corporis dotibus cumulatisimo. Qui dum 43. annum agit, immatura morte corruptus obiit in Domino die nona Mensis Maji Anno Domini 1691.

STANISLAUS, & PETRUS Serenissimi Stephani Magni, & Sigismundi Tertii Poloniæ Regum Secretarii Cieklinscy, Fratri desideratisimo mæsti posuere.

CIRCA



CIRCA GRADUS CONDUCENTES AD  
STUBAM CAPITULAREM.

D. O. M.

ADAMUS SZYPOWSKI de Biąła Ca-  
nonicus Cracovien: & Kielcen: P. S.  
Hæres in Oleśno, Więckowice &  
Chotel S. R. M. Sâlis-fodinis Vielic:  
bis Præfectus, curis, laboribus, itine-  
ribus, ætate longæva invictus, a mor-  
te victus; censu, quo crastinum mer-  
cari non licuit, ornata hac Eccle-  
sia, restaurata Capella, Altari ere-  
cto, multorum sæculorum mercatus  
memoriam, corpore hic fixus, ani-  
ma Cælos petiit, sic nemo totus mor-  
ti concedit.

Hoc rumina Viator, & mortem  
ride. Anno Christi 1626. Idibus No-  
vembris.

D. O. M.

)( 120 )(

D. O. M.

STANISLAO GARWASKI Decano  
Plocen: Canonico Cracovien: Secre-  
tario Regio, Karnkovii, & Barano-  
vii Archiepiscoporum Gnesn: ac Mar-  
tini Szyszkowski Episcopi Cracovien:  
familiari, Viro pio, literis excul-  
to, doni & foris apprime eleganti, qui  
sicut vivens Deiparam Virginem sum-  
me venerabatur, ita moriens bona  
ex censu Ecclesiæ quæsitæ, Juventuti  
ad cultum ejus formandæ assignavit.  
Obiit Sabbato ante horam Salutationis  
Angelicæ die 23. Decembris 1635.

Executores Testamenti mmp:

D. O. M.

R. D. STANISLAUS KRASINSKI de  
Krasne Gente Slepowron, Archidia-  
conus Cracovien: Scholasticus Gne-  
snen-

snensis, Custos Plocensis, Regius Secretarius, antiqua Nobilitate clarus, Jurisconsultissimus & in rebus gerendis exercitatissimus apud Pium IV. Pontificem maximum Episcopi Clerique Legatus. Maturiore ætate in Aula Sigismundi Secundi Augusti R. cum laude egit. Stephano & Sigismundo Tertio Regibus, imprimis charus & commendatus. Georgii S. R. E. Cardinalis Radziwillii Episcopi Cracovien: Vicarium gerens Magistratum optime & vigilanter, rebus humanis ereptus est. Anno 1598. die 12. Septembris ætatis 64. Curatores Testamenti posuere.

Crafsinium quæris? nusquam est, subsiste Viator!  
Licet & quod læthum sustulit innocuum.

Osca tenet tumulus, mentem rapuere Beati  
Cælicolæ, æternum Terra Polona vale.

Joannes Crafs: C. C.

D. O. M.

PETRO BORATYNSKI Castell: Beizen:  
& Capit: Samborien: nobili ac belli-  
ca laude insigni, Familia imprimisque  
Patre clarissimo procreato, prudentia,  
eloquentia, animi magnitudine,  
ac cæteris omnibus animi ingenique  
Virtutibus, domi & militiæ, publicis  
& privatis rebus, ac obeundis ad  
exteras nationes Legationibus præ-  
stanti. Barbara Dzedoszycka marito  
b. m. mærens posuit 1558. vixit an-  
nos 49.

EPITAPHIUM E. D. D. BARTHOLOMÆI  
SABINI S. R. M. PHYSICI.

Hæc sunt eximii Doctoris Busta Sabini  
Regio Pontana provenientis humo.  
Quem mediū atq; Sophū, & clarū Virtutibus  
Amplis.

Dotibus ornarunt Rexque Sacerque Chorus,

Ar-

Archidiaconus hic, Lublini, Lancicizæque  
Præpositus Vilmæ, Florianique Sacris.  
Canonicus Vilmæ, & Sandomiriæ, atque  
Parochus Piotroviensis, item Steżycen: erat.  
Ægidii Custos Sancti, & Collega minorum  
Maximus, Augusti certa medela malis.  
Huic igitur Fratres Germani hoc triste sepulchrū  
Thomas & Simon, deposuere sui.

Consumptus est Phtysi, ætatis suæ  
Anno 50. obiit 10. die Augusti An-  
no 1556.

R. ANDREAS GRAJOWSKI J. U. D.  
Archidiaconus Cracovien: Canonicus  
Posnanien: Serenissimi olim Regis  
Poloniæ Sigismundi Augusti Secre-  
tarius. Vir pietate præclarus, mo-  
ribus gravis & constans, lingua di-  
sertus, ingenio acutus, doctrina so-  
lidus, consilio solers, judicio matu-  
rus, disciplinæ Ecclesiasticæ tenax,  
in perferendis Ecclesiasticis & Po-  
liticis

liticis laboribus, cum omni bonorum laude & admiratione, indefatigabilis; morbo tandem gravi & diuturno exhaustus die 18. Aprilis Anno 1573. corpus mortale reliquit, & per Executores Testamenti hic sepeliendum curavit.

IN CAPELLA TYLLICIANA.

PETRUS TYLICKI Episcopus Cracovien: Dux Severiæ. Veri Pastoris, magni Senatoris, Civis ubique incorrupti, immortale Exemplar. Erga Christum Crucifixum mirificè semper pius, morum Sanctimonia, consilii gravitate, animoso candore admirandus. Templi hujus exornator, Professoris Eloquentiæ in Academia Cracovien: munificus Author, in omnes beneficus, plenus ævi, & magis

gis meritorum, hic mortales exuvias  
deposuit. Excessit Anno Dni 1616.  
die 13. Julii.

D. STANISLAVO BOREK VI. Docto-  
ri. Decano Cracovien: Cantori Gne-  
snensi, Cancellario & Canonico Vra-  
tislaviensi. Vir religiosus: & bene-  
ficus; obiit 20. Augusti Anno Do-  
mini 1556. *L*

In inferiori Ecclesia exstructum  
noviter extat Mausoleum Joannis Ter-  
tii cum tali Epitaphio. Quod mor-  
tale fuit JOANNIS SOBIESCII Regis Po-  
loniæ M. D. Lithvaniæ exacto sæcu-  
lo, postquam ille Viennam obsidio-  
ne, Germaniam, imo orbem Chri-  
stianum, ab imminente Turcarum iu-  
go, insigni Victoria liberavit. De-  
bito in Patrium Heroem cultu; pio  
munere functus, hæc in Sarcophago  
recondidit.

STA-

*3 boaryn*

*F hœ*

STANISLAUS AUGUSTUS REX Anno  
1784. Te Deum oramus pro mortuo,  
qui vivus, suos & externos Virtute  
sua tutatus est.

IN URNA SIGISMUNDI III. REGIS PO-  
LONIÆ IN SEPULCHRO REGUM REPO-  
SITA REPERITUR TABULA ARGENTEA,  
SEQUENTI CUM INSCRIPTIONE.

D. O. M.

SIGISMUNDUS TERTIUS.

POLONIÆ, SVECORUM, GOTTORUM,  
VANDALORUMQUE REX OP. MAX.

Joanne Rege, Gustavi Regis Sveciæ,  
Filio & Catharina Sigismundi I.  
Filia, Augusti Sorore, Regum Po-  
loniæ genitus.

Auspiciis Regis Regum Rex, liberis  
liberæ Gentis vocibus Anno Salu-  
tis



tis Ham: MDCXXXVII. Ætat: XXI.  
renuciatus ; Regnum quinque supra.  
Quadraginta annos gerens , priscam  
Religionem , mores , instituta prop-  
pagavit. Rem Publ: Legibus. Ci-  
ves Libertate , bene meritos præ-  
miis auxit.

Regnum Basilicis , Fabricis Sacris  
Publicisque exornavit.

Victoriis ac Trophæis.

Germanicis , Livonicis , Valachicis ,  
Moldavicis , Moschoviticis , Ottoma-  
nicis , Tartaricis.

Jllustravit.

Æmulo Regni victo captoque Michae-  
le Palatino Moldaviæ cæso , Duce  
Sudermaniæ

Profligato , factiosis Civibus victis ser-  
vatisque , Moschorum exercitu de-  
leto , magno Duce cum Fratribus

ca-

capto, Metropoli occupata, Turcarum Imperatore ductu.

Primogeniti Filii pulso, Tartarorum copiis fuis,

Cæterisque hostibus debellatis.

Fines Regni & armis & consilio protulit.

Smolensco expugnata, Ducatu Severiensi, Smolenscensi, Cernichoviensi recuperato.

Coloniis ultra Boristhenem longe lateque deductis.

Pius, Clemens, Justus, Beneficus.

Pater Patriæ.

Regum omnium sui temporis ætate sapientia regnandi diuturnitate maximus.

Majestate augustissimus.

Rerum gestarum gloria, Liberatorumq; ex Anna & Constantia Austriaca.

Fer-

Ferdinandi Imp: Sororibus suscepto-  
rum numero, indole, virtute, Impe-  
riis.

Æternum Victurus.

Mortuus Varsaviæ pridie Kalend: Maji  
Anno Domini MDCXXXII. ætatis  
LXVI.

Regnorum Poloniæ XXXXV. Sveciæ  
XXXIX.

Hic conditus est.

---

CONSERVANTUR PENES HANC ECCLESIAM.

Tria vexilla: duo Moschovitica  
tempore Belli sub Sigismundo III. ac-  
quisita. Unum Turcicum Viennæ ac-  
ceptum cum insigni Victoria Joannis  
III. & ab eodem Rege hic collocatum.

Extat summæ magnitudinis Cam-  
pana sub Nomine Sigismundi Regis,  
qui illam donavit.

I

IN-

*is En-  
tawak*

INSCRIPTIO CAPELLÆ SIGISMUNDI REGIS.

Non mirere Hospes Decus hoc sublime Sacelli.  
Saxaque Phidiaco sculpta Magisterio,  
Hoc statuit Sigismundus opus qui struxit & arcē,  
Clarius hic recta, sed ratione labor.  
Illum ne credas dum momentanea condit  
Atria, perpetuam posthabuisse Domum.

ALTERIUS CAPELLÆ JAGIELLONUM.

Hoc Jagiellonicæ Propaginis ultimus Hæres,  
Marmorei posuit grande laboris opus.  
Tot Regum cineres, tot pignora cara tuorum,  
Colligis Auguste Rex Casimire Domo  
Haud erit una satis tot Majestatibus ædes,  
Pro quibus angustus qua patet orbis erat.



I N D E X  
 MONUMENTORUM  
 QUORUM DESCRIPTIONES IN LI-  
 BRO HOC CONTINENTUR.

<b>P</b> etri Kmitæ <i>Palat: Crac: Statua</i>	
<i>Marmorea.</i>	Fol: 9.
Judithæ <i>Vladislai Hermanni Polonie</i>	
<i>Principis conjugis Epitaphium</i>	- 12.
Fran: <i>Krzyżakowski Notar: Castr:</i>	
<i>Crac: Epit:</i>	- - - 13.
Michaelis I. <i>Regis Polon: sepulchrum.</i>	14.
Casimiri <i>Jagiellonis Regis Pol: Mausoleum.</i>	- - - - ibidem.
Ladisl: <i>Jagiellonis Regis Pol: Mausol:</i>	15.
Christophori <i>Sapellii Can: Crac: Epit:</i>	17.
Philippi <i>Padnievii Episc: Crac: Epitaphium cum Mausoleo.</i>	- 19.
Martini <i>Izdbiński Schol: Crac: Epit:</i>	ibid:
Jacobi <i>Montani Can: Crac: Epit:</i>	20.
Simonis <i>Sarnowski Cant: Crac: Epit:</i>	21.
Valentini <i>Kuczborski Can: Crac: Epit:</i>	ibid:
Stanisl: <i>Dambrowski Can: Crac: Epit:</i>	ibid:
Raphaelis <i>Wargawski Budek Can:</i>	
<i>Crac: Epitaphium.</i>	- - - 22.
Joan: <i>Luczkiewicz Can: Crac: Epit:</i>	23.
Joannis <i>Foxii Archidia: Crac: Epit:</i>	25.
Nicolai <i>Dobrocieski Can: Crac: Epit:</i>	
<i>cum Mausoleo.</i>	- - - 26.
Iz	Jacobi

Jacobi Neyman <i>Can: Crac: Epit:</i>	27.
Hieronymi de Brzezie Rusocki <i>Can:</i>	
<i>Crac: Epit:</i> - - - <i>ibidem.</i>	
Jacobi Sarnowski <i>Can: Crac: Epit:</i>	29.
Adalberti Złowodzki <i>Cust: Crac: Epit:</i>	30.
Sigismundi III. <i>Regis Poloniae, necnon</i>	
<i>Annae &amp; Constantiae Reginarum Po-</i>	
<i>loniae Mausoleum.</i> - -	31.
Joannis Alberti <i>Prin: Pol: S. R. E.</i>	
<i>Card: Episc: Crac: Mausoleum.</i>	32.
Vladislai IV. <i>Regis Poloniae Mausole-</i>	
<i>um cum Epitaphio.</i> - -	33.
Caroli Ferdinandi <i>Prin: Pol: Mausol:</i>	35.
Joan: Casim: <i>Reg: Pol: necnon Ludovicæ</i>	
<i>Mariæ Gonzagiæ Reg: Pol: Mausol:</i>	36.
Alexandri Caroli <i>Prin: Pol: Mausol:</i>	37.
Prandottæ <i>Episc: Crac: sepulchrum</i>	<i>ibid;</i>
Hieronymi Sołtyk <i>Can: Crac: Epit:</i>	38.
Joannis III. <i>Regis Poloniae Mausoleum.</i>	39.
Stanislai Brudziński <i>Canonici Crac:</i>	
<i>Epitaphium.</i> - - -	42.
Petri Gębiecki <i>Episc: Crac: Mausoleum.</i>	43.
Casimiri Łubieński <i>Episc: Crac: Maus:</i>	44.
Georgii Morski <i>Can: Crac: Epit:</i>	45.
Stanisl: Zaiac <i>Præp: Capel: Regiæ Epit:</i>	46.
Mathiæ Lanczki <i>Juris-Consulti Can:</i>	
<i>Crac: Epith:</i> - - -	47.
Sigismundi I. <i>Regis Poloniae Mausoleum</i>	
<i>cum Epitaphio.</i> - -	48.
Sigismundi Augusti <i>Regis Polon: Mau-</i>	
<i>soleum cum Epitaphio.</i> -	49.

Annæ

Annæ Jagielloniæ Reginae Polon: Mau- soleum cum Epitaphio.	-	ibid:
Const: Felic: Szaniawski Episc: Cra- coviën: Mausol: cum Epitaphio.	-	51.
Jacobi Zadzik Episc: Crac: Mausol: cum Epitaphio.	-	57.
Casimiri Magni Reg: Pol: Mausoleum.	-	59.
Joan: Alberti Reg: Pol: Mausoleum cum Epith:	-	61.
Joan: Choiński Episc: Crac: Epitaphi- um cum Mausoleo.	-	62.
Alexandri Brzeski Can: Cra: Epit:	-	63.
Lucæ Pruski Can: Cra c: Epit:	-	64.
Georgii Gorczytzki Penit: Capel: Mag:	ibid:	
Andræ Olszowski Can: Crac: Epit:	-	65.
Samuelis Casimiri Szwykowski Can: Crac: Epith:	-	66.
Joannis Grothonis Episcopi Crac: tu- mulus cum Mausoleo.	-	ibid:
Valentini Dębiński Castell: Crac: Epit: cum Mausol:	-	ibid:
Andræ Załuski Episc: Crac: Epit: cum Mausoleo.	-	68.
Thomæ Oborski Suffr: & Can: Crac: Epith:	-	69.
Joannis Selingii Vratisl: Can: Epit:	-	71.
Georgii Vandalini Mniszech Castel: Crac: Epit:	-	72.
Gabrielis a Tarnow Gen: Capit: Crac: Epit:	-	73.
Alberti Serebryski Can: Crac: Epit:	-	74.

Ste-

Stephani Bathorei Regis Pol: Mausol:		
<i>cum Epitaphio.</i>	-	75.
Pauli Dembski Suffr: Can: Crac: Epit:	ibid:	
Pauli Garliński Can: Crac: Epit:		76.
Catharinæ Zebrzydowska Epit:	-	77.
Petri Gamrati Episc: Crac: Mausol:		78.
Mathiæ Poniatowski Dec: Crac: Epit:		79.
Georgii Grochowski Can: Crac: Epit:	ibid:	
Josephi Rogalski Can: Crac: Epit:		80.
Andreæ Trzebicki Episc: Crac: Maus:		81.
Nicolai Oborski Suffr: Can: Crac: Epit:		84.
Vladislai Loctici Regis Pol: Mausol:		85.
Hedvigis Regina Poloniæ Epitaphium.		87.
Friderici Princ: Pol: Card: Epit:	-	88.
Petri Gębicki Episc: Crac: tumulus.	ibid:	
Ludovici Szembek Can: Crac: Epit:		89.
Hiacynthi Łopacki Can: Crac: Epit:		91.
Andreæ Zebrzydowski Episc: Crac:		
<i>Epitaphium cum Mausoleo.</i>	-	92.
Nicolai Palat: Crac: Gasparis Pal:		
<i>Califs: Stan: Dec: Petri Can: Crac:</i>		
<i>Zebrzydowskich.</i>	-	93.
Andreæ Pęgowski Archidiac: Crac:		
<i>Epitaphium.</i>	-	94.
Andreæ Pieńkowski Can: Crac: Epi:		95.
Thomæ Różnowski Can: Crac: Epit:		97.
Stanislai Skarszewski Schol: Cracow:		
<i>Epitaphium.</i>	-	ibid:
Joannis Komecki Can: Crac: Epit:		99.
Sebastiani Komecki Can: Crac: Epit:	ibid:	
Andreæ Lipski Episc: Crac: Mausol:		100.

Joannes





Joannis Alex: Lipski S. R. E. Card:			
Episc: Crac: Mausol:	-	-	101.
Bartholomæi Szczepkowski Can: OO.			
SS. Epit:	-	-	102.
Jacobi Gorski Can: Crac: Epit:			103.
Lucæ Doſt: Theol: Can: Crac: Epit.			104.
Christoph: Chronowski Can: Crac:			
Epitaphium.	-	-	105.
Dominici Kielczewski Suffr: Chet:			
Can: Crac: Epit:	-	-	106.
Erasmî Kretkowski Archidiac: Crac:			
Epitaphium.	-	-	108.
Joannis Adami Komorowski Can:			
Crac: Epitaphium.	-	-	109.
Lucæ Podoski Can: Crac: Epit:			110.
Martini Zydowski Can: Crac: Epit:			111.
Samuelis Macieiowski Episc: Crac:			
Mausoleum.	-	-	ibid:
Petri Studziński Can: Crac: Epit:			112.
Joannis Frydrychowski Crac: Can:			
Epitaphium.	-	-	113.
Joannis de Małachowice Małachow-			
wski Episc: Crac: Mausol:	-	-	114.
Martini Szyszkowski Episcopi Crac:			
Mausoleum.	-	-	116.
Stanislai Rudzki Can: Crac: Epit:			117.
Andreæ Ciekliński Can: Crac: Mausol:			118.
Adami Szypowski Crac: Can: Epit:			119.
Stanislai Garwaski Can: Crac: Epit:			120.
Stanislai Krasieński Archidiac: Crac:			
Epitaphium.	-	-	ibid:
			Petri

Petri Boratyński Castell: Belzen:	
Mausoleum.	122.
Bartholomæi Sabini Physici Epit:	ibid:
Andræ Grajowski Archidiacon: Crac:	
Epitaphium.	123.
Petri Tylicki Episc: Crac: Mausol:	124.
Stanislai Borek Dec: Crac: Epit:	125.
Inscriptio Tabule argenteæ in Urna	
Sigismundi III. Regis Pol: existentis.	126.
Inscriptio Capellæ Sigismundi Regis.	130.



BIBLIOTHECA  
 WMIV. 1666.  
 CRACOVENSIS





300

Biblioteka Jagiellońska



stdr0022913

336

T

6.P. CRA 12.7.1.2